Z.

VIII
C
21

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
VIII
C
21
NAPOLI

TRACTATVS MIRABILIS DE SANGVINE CHRISTI

IN TRIDVO MORTIS EIVS EFFVSO. AN FVERIT VNITVS DIVINITATI

AVTHORE R. P. MAGISTRO LEONARDO MATTHAEI, De Vtino Ordinis Prædicatorum conuentus Sancti Petri Martiris de Vtino Prouinciæ Sancti Dominici.

Nouiter impreſſus correctus,& illuſtratus opera ac ſtudio R. P. F. Marci Antonij Seraphini Veneti Magiſtri, in conuentu SS. Ioannis & Pauli Venetiarum eiuſdem Ordinis, & Prouinciæ.

Cum Indice copioſo Rerum notabilium, & ſingulorum capitum.

AD PRINCIPEM ILLVSTRISSIMVM SCIPIONEM Cardinalem Burgheſium ampliſſimum

Cum Priuilegio, & Superiorum permiſſu.



VENETIIS. M DC XVII.

Ex Typographia Ambroſij Dei.

ILLVSTRISSIMO AC REVENDISS. D. D. SCIPIONI CARDINALI BVRGHESIO.

SANCTISS. D. N. PAVLI V. NEPOTI.

ORDINIS PRAEDICATORVM PROTECTORI, optimo, & Principi Ampliſſimo.

Frater Marcus Antonius Seraphini Venetus Magiſter in Conuentu SS. Ioannis, & Pauli Venetiarum. S. P. D.

VEriſſimum illud D. Matthei c. 26. Nihil eſt occultum quod non reueletur; Idque dupliciter interpretandum me Illuſtriſſime Princeps, rerum nouarum, maximeq́; ad virtutem ſeu artem noſtram ſpectantium cupidiſſimum non vulgari voluptate profudit. quippe quod alia alÿs deſſuper, alia alÿs etiam in terris immediate, pro vt fato arridet, pateſiunt. Quemadmodum hoc noſtro æuo, re ipſa ſepenumero humanis oculis videmus accidere ſolere vt penates, Theſauros in abditiſſimo telluris ſinu reconditos nonnumquam indice hominibus ſibi familiaribus oſtendunt, uiamq́; & modum effodiendi praſcribunt Verum mihi, Cardinalis Ampliſſime, non ÿ quin velut Solis radio, ille ipſe qui omnia profundiſſima, licet in editiſſimo conſpitiens loco ſedeat, videt margaritas, aurum, aliaq́; metalli genera in fodinis ſuis, in teterrimas terræ venas, fibracq́; penetrando. Opus hoc Thologicum, de SANGVINE CHRISTI effuſo in triduo di.o mortis eius, an in illo triduo Diuini-

tati vnitus fuerit; tamdiu in tam tenebroſis latebris abditum, vt in manus meas, quod ſummopere cupij deueniret benignius præluxit, quod ego fraterno in Chriſto amore pie concitatus; & ad ſacræ propagandum ſcripturæ recordatione monitus, & inſtigatus, ne feras ſeueritate præſtare in Charitatem viderer; non ſecus ac proprium fœtum propria mea lingua, & mente lambere, & membra eius, quæ alias vti ſcopæ diſſoluta fuerant, aptare, vna cum additione noſtra ſumme neceſſaria, & requiſita, ampliare non recuſaui. Idq; nec ea re, vt mihi laboris tam diurni, tam operoſi, & moleſti, fama, & honor inde mandaretur; ſed tantummodo vt & virtuti fauerem, & eius fautoribus promptius obtemperarem. Nunc Illuſtriſsime, ac ornatiſsime Princeps, huius inuenti partus; quem patronum, ac deffenſorem inuocem? Te iure optimo; cum, & iampridem Propugnaculi fidei in Alchoranum particeps, ac deffenſor extiteris. Quod quidem non aliam ob rem, quam ob incredibilem in virtute præditos, tuum amorem, atque beneuolentiam, quibus tu eoſdem inde vſq; ab infantia tua proſequi conſueuiſti; Qua ego ſpe fretus, non dubito, quin hoc pro innata humanite tua in hominem, ac prope Diuina in Deum pietate, Prudentiam mitto, ſub tam optatum patrocinium perbenigne repoſitum, in perpetuum vna mecum gloriari patiere. Cui precando a. D. O. M. vitam [illegible]eſtoream, cum vitæ in hoc, & in altero ameniori ſeculo, tum corporis ſalute ſubmiſsius conſacratum me comendo.

TABVLA
CAPITVLORVM
Omnium totius operis.

IN Primo capite, ponuntur rationes, quæ faciunt difficultatem probabilem ad vtranque partem. pag. 1

In Secundo, dicitur, quod ſine ſcrupulo conſcientiæ, magiſtraliter licet inueſtigare veritatem quæſiti. 4

In Tertio oſtenditur, quod partes naturæ humanæ in Chriſto, non reducuntur ad genus vel ſpetiem per ipſum ſuppoſitum, ſed per rem naturæ, vt eſt per ſe habens eſſe. 5

In Quarto, manifeſtatur, quod natura humana in Chriſto non habuit propriam perſonalitatem humanam præter ypoſtaſim Verbi Dei. 10

In Quinto Innuitur, quod in corpore Chriſti fuit aliqua ratio congruentię, & neceſſitatis, ad hoc, quod vniretur Verbo Dei perſonaliter. 13

In Sexto aſſeritur, quod in triduo mortis Chriſti, non fuit diſſoluta vnio perſonalis Verbi Dei a corpore Chriſti. 15

In Septimo ponitur, quomodo fuit idem numero corpus Chriſti mortuum in triduo paſſionis eius. 17

In Octauo dicitur, quod Filius Dei aſſumpſit animam rationalem in myſterio incarnationis eius. 19

In Nono oſtenditur, quod anima ſimul cum corpore aſſumpta fuerit a Verbo Dei. 20

In Decimo, quod anima Chriſti non fuit ſeparata ab ypoſtaſi Verbi Dei in triduo mortis eius. 21

In Vndecimo, qualiter ſanguis pertineat ad veritatem humanæ naturæ. 22

In Duodecimo, oſtenditur, quod Verbũ non fuit vnitum perſonaliter ſanguini effuſo in triduo. 28

In Tertiodecimo, tractatur de modis ſeparationis eorum, quæ in Chriſto vnita erant, & quali honore venerari debeant. 36

In Quartodecimo, de modo ſeparationis ſanguinis Chriſti ab eius Diuinitate. 45

In Quintodecimo, oſtenditur, quomodo ſanguis ſit de veritate naturæ humanæ, licet non ſit pars eius eſſentialis, & quod in Reſurrectione Chriſti ſanguis effuſus rediјt ad corpus eius, virtute Diuinitatis vnite perſonaliter corpori Chriſti, & quod aliquid de ſanguine Chriſti remanſit in terris. 49

In Sextodecimo tractatur de modis quibus debebat venerari ſanguis Chriſti

ſti

ſti effuſus in triduo, tam in ſpecie propria, quam in aliena. 5

In Decimoſeptimo, ponuntur rationes eorum, qui dicum ſanguinem Chriſti vnitum fuiſſe Diuinitati eius. 59

In Decimooctauo, tractatur de dignitate, & excellentia ſanguinis Chriſti, ſecundum authoritates ſacræ ſcripturæ. 69

In Decimonono, ſoluuntur rationes ſuperius poſite, & oſtenditur quod quæſtionem iſtam determinare temerarium eſt, quoniam ad ſummum Pontificem ſpectat. 75

In Vigeſimo, oſtenditur, qood non eſt publice prædicandum Diuinitatem Chriſti fuiſſe ſeparatum a ſanguine ipſius, & quod declaratio huius dubietatis ad ſummum Pontificem pertinet. 83

In Vigeſimo primo ponuntur quędam contrarietales quæ facile diſſoluuntur, iuxta ſanam doctrinam fidei, & ſanctorum. 92

Fine tabula capitulorum.

TABVLA VNIVERSALISSIMA.

A

AB æterno præordinatum fuit, vt fructus humanæ ſalutis non ſequeretur, niſi Chriſto patiente. pag. 71
Actiones ſunt indiuiduorum. 42
Actualis cõſideratio principiorum, eſt medium, quo acquiritur habitus concluſionum. 15
Adam, fidem habuit de incarnatione Chriſti ante caſum ſuum, quantum ad duo. 59
Adam, intellexit Chriſtum eſſe principium membrorum Eccleſiæ, quantum ad fidem, & charitatem. 60
Adam, nõ habebat fidem explicitam de Redemptore, ſed implicitam. 76
Adam, totum ſanguinem ſuum pro pomo noxiali vendidit. 63
Ad eſſe rei, principalius requiritur determinata forma, quam determinata materia. 91
Ad hoc quod aliquis redimat, duo requiruntur; Actus ſolutionis, & pretium ſolutum. 30
Adorare carnem Chriſti, nel aliud eſt, quam adorare Verbum incarnatum. 39
Ad fidem redemptoris, tripliciter ſe habet humanum genus, ſecundum diuerſa tempora. 96
Ad Summum Pontificem ſpectat ſententialiter determinare ea quæ ſunt fidei. 90
Alimentum, eſt potentia ad formam aliti. 47
Aliquid dicitur aſſumptibile ſecundũ congruentiam ad vnionem naturæ Diuinæ, & humanæ, quæ attenditur ſecundum duo. 13
Aliquid dicitur viuere, ſubiectiue, diſpoſitiue, & conſeruatiue. 28
Aliquid in ſacramento altari continetur aut ex vi ſacramenti, aut ex naturali concomitantia. 57
Aliquid eſſe de veritate humanæ naturæ, contingit tripliciter. 27
Aliquid in ſacramento altari continetur, aut ex vi ſacramenti aut ex naturali concomitantia. 57
Anima Beatæ Virginis, ſi nunquam peccato originali coinquinata fuiſſet, derogaret dignitati Chriſti. 105
Anima Chriſti, eſt eiuſdem naturæ cum noſtris. 21
Anima Chriſti mortui, & eius caro, dupliciter conſiderari poteſt. 51
Anima Chriſti, ſtatim poſt ſeparationem a corpore,, fuit impaſſibilis. 46
Anima, & corpus Chriſti mortui, ſecundum veritatem naturæ creatæ, non potuerunt ſibi inuicem vniri. 51
Anima, & corpus, in triduo debebant adorari adorationæ latriæ. 38
Anima, & corpus, ſunt partes eſſentiales naturæ humanæ. 38
Anima, continetur in ſacramento, ex naturali concomitantia. 58
Anima, dicitur eſſe in ſanguine. 40
Anima, eſt medium congruentiæ, & neceſcitatis, quo corpus perſonaliter vnitus Diuinitati. 14
Anima, eſt perfectio corporis organici. 43
Anima & corpus, non ſunt duæ naturæ, ſed vna. 23
Anima ſe habet ad corpus animatum, ſicut ars ad artificiatum, & ad partes eius. 27
An perſona Verbi ita fuerit vnita ſanguini effuſo, ſicut corpori in cruce. 22
An ſanguis effuſus adorari debuit adoratione latriæ. 22
An ſanguis pertineat ad veritatem naturæ humanæ. 22
Ante mortem Chriſti, vna tantum vnio eſt, poſt mortem vero, due fuerunt. 22
Ante peccatum, & poſt; neceſſarium fuit, vt maiores fidem explicitam haberent de Trinitate. 96
Antiquorum, & modernorum, eſt eadem fides. 69
Antiquorum fides, non erat explicita de ſanguine Chriſti effuſo in triduo. 77
Apud antiquos, per oblationem ſacrificiorum remittebatur pueris peccatum originale. 64
Aquæ effuſio, non fuit de neceſſitate paſſionis. 35
Aqua vera, non humor fleumaticus de latere Chriſti exiuit. 35
Articulus vnus aliquando continetur in alio, & etiam duo in vno. 94
Auctor, nihil temere diffinire intendit; ſed ſubmittit ſe Eccleſiæ correctioni. 90

Aſcen-

Baptiſmus Chriſti non aperuit ianuam regni Cœleſtis quantum ad viſionem Dei. 94

B

BEata Maria Magdalena peccauit, & mente, & corpore. 105
Beata Virgo contraxit peccatum originale, ſed ab eo fuit mundata antequam ex vtero naſceretur. 105
Beata Virgo fuit ſanctificata, quia mundata, & quia confirmata. 104
Bulla Papæ Pij ſecundi. 4.53

C

Caro Chriſti fuit inſtrumentum Diuinitatis. 88
Caro Chriſti in triduo caruit ratione, & ſenſu; habebat tamen ordinem ad animam. 43
Caro, dicitur Deificata, non quod ſit facta Deitas, ſed Dei caro. 33
Caro, eſt aſſumptibilis a verbo, prout ordinatur ad animam rationalem. 20
Caro, non debuit aſſummi priuſquam eſſet caro humana. 21
Caro, nō dicitur humana, niſi per vnionē aīæ. 21
Caro, nunquam ſeparata fuit a Diuinitate. 19
Cauſa efficiens principalis noſtre ſalutis, eſt magnitudo Diuinæ virtutis. 88
Cauſa principalis efficiens gratiæ, eſt Deus; humanitas Chriſti, inſtrumentum coniunctum; ſacramentum inſtrumentum ſeparatum. 68
Certitudo vnionis, vel ſeparationis perſonalis Verbi a ſanguine effuſo, excedit rationem naturalem. Ideo ad Summum Pontificem hoc ſpectat determinare. 90
Cicatrices, in corpore Chriſti, probabilius, ſemper ad decorem remanebunt. 98
Cinis Vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificabat, non tamen gratiam conferebat. 67
Circa aſſumptibilitatem humanæ naturæ, tria conſideranda ſunt. 13
Circunciſio fuit ſignum proteſtationis fidei vnius Dei. 78
Chriſti paſſiones ſine morte, non ſunt deputatę ad redemptionem humani generis. 30
Chriſto, negatiue conuenit ex non ſancto fieri ſanctum ſecundum humanam naturam. 104
Chriſtus, duo ſigna maximæ dilectionis humano generi oſtendit. 71
Chriſtus, meruit ſibi, & omnibus membris ſuis ſalutem. 73
Chriſtus, non ſub tecto, ſed in ligno excelſo paſſus eſt vt materia aeris mundaretur. 69
Chriſtus, in Cruce vere mortuus fuit, non ex vulneribus manuum, & pedum, ſed ex mera eius voluntate. 36
Chriſtus, in triduo mortis non fuit homo. 17.38
Chriſtus, in triduo mortis, magis poteſt dici filius hominis quam homo. 18
Chriſtus, nullo modo contraxit originale peccatum. 105
Chriſtus, paſſus eſt, non vt Deus, ſed vt homo. 88
Chriſtus, propter bonum charitatis, vitam ſuam maxime dilectam expoſuit. 73
Chriſtus, per ſuum ſanguinem nouam vitam inchoauit. 68
Chriſtus, poterat per aliquam paſſionem ſine morte redimere genus humanum. 29
Chriſtus, per paſſionem ſuam initiauit ritū Chriſtianæ religionis. 69
Chriſtus, quamuis animam ſuam voluntarie poſuit, non tamen ſui homicida fuit. 37
Chriſtus, quod ſit Deus, & homo ſimul, hoc eſt per gratiam vnionis. 101
Chriſtus, ſanguinem ſuum præſeruauit, ne a beſtijs lingeretur, & ne pedibus cōculcaretur. 75
Chriſtus, ſeipſum, granum vocat. 73
Chriſtus, ſignificat perſonam in duabus naturis. 101
Chriſtus, vt caput, liberauit, nos a peccatis, tanquam membra ſua. 68
Chriſtus, vt homo, eſt cauſa meritoria iuſtificationis, vt Deus eſt cauſa influens gratiam. 80
Chrius, ſemel introiuit in ſancta, ad offerendum pro ignorantia populi, non pro peccato ſuo, quia non habebat. 66
Circunciſio habet ſimilitudinem expreſſam ablationis originalis quantum ad quatuor. 65
Circunciſio auferebat peccatum originale ex parte perſonæ, remanebat tamen impedimentum intrandi in Regnum cęlorum ex parte totius naturæ. 65
Conceptio Chriſti tria habuit priuilegia, quod eſſet ſine peccato, quod eſſet non puri hominis, & quod eſſet conceptio Virginis. 62
Coniunctio animæ ad Deum per vnionem perſonæ eſt maior, quam per fruitionem. 21
Corpus ab anima ſeparatum, remanet Diuinitati vnitum, in quo etiam remanet aliquis ordo ad gloriam. 17
Corpus Chriſti ex caſtiſſimis, & puriſſimis ſanguinibus Virginis formatum fuit. 26
Corpus Chriſti, in morte non fuit ſeparatum a Diui-

Diuinitate. 16
Corpus Chriſti in paſſione fuit ſubiectum, ſanguis vero myſterium. 35
Corpus Chriſti in Reſurrectione, & ante mortem, fuit eiuſdem naturæ. 23
Corpus Chriſti, quomodo incorruptum fuit. 18
Corpus Chriſti ſine anima, non poteſt eſſe viuum. 20
Corpus Chriſti, ſemper fuit idem. 18
Corpus, conſtat ex membris officialibus. 1
Corpus, non eſt vnibile, niſi prout eſt animatum. 16
Corpus, propter animam eſt aſſumptibile. 51
Corpus, poteſt coniungi Diuinitati, per vnionem perſonalē, & non per fruitionem æternam. 14
Corpus, quod deſinit eſſe viuum, non totaliter remanet idem. 18
Corpus ſine anima, non poteſt aſſumi. 51
Corruptio, & mors, non competunt Chriſto ratione ſuppoſiti, ſed naturæ. 19
Corruptio, duo ſignificat, ſeparationem animæ a corpore, & perfectam diſſolutionem in ellementa. 18
Creature inferiores, reducuntur ad Deum per ſuperiores. 34
Crux Chriſti, adoratur adoratione latriæ ratione perſonæ, & ſanguinis Chriſti in ea decurrentis. 55
Crux Chriſti, eſt adoranda, quia repreſentat figuram Chriſti in eam exiſtenti, & ratione contactus, & quia ſuo ſanguine eſt perfuſa. 55
Crux, dicitur ſignum filij hominis, & ob id veneramur in quacumque materia. 56
Cur in paraſceue non ſeruatur ſanguis, ſed tantum corpus. 56

D

DE Chriſto, in triduo mortis, dupliciter loqui poſſumus, quantū ad perſonam, & quantum ad naturam humanam. 17
Deitas, nunquam fuit ſeparata ab anima, & corpore. 21
Deo Patri, debetur honor Latriæ, & Duliæ. 39
De ratione perſonæ eſt, quod comprehendat omnia eſſentialia, & proprietates indiuiduantes. 12
Derelinquere, non eſt, niſi non protegere. 16
De ſanguine Chriſti naturali nihil remanſit in terris, ſed de nutrimētali aliquid remanſit. 52
Deum effuſum fuiſſe in cruce, non fuit verum dicere. 45
Deus, nullo modo poteſt eſſe forma corporis. 13
De his quæ ſunt ſidei, non eſt diſputandum dubitando, ſed pro manifeſtanda veritate. 5
Dicere, Chriſtū in triduo mortis hominem fuiſſe ſimpliciter, erroneum eſt. 39
Diſputatio, ad duplicem finem ordinari poteſt. 4
Diuinitas, alicui vniri poteſt ſub ratione Diuinæ naturæ, non autem ſub ratione perſonę. 98
Diuinitas poſt mortem, vnita fuit carni Chriſti, vnione principali; non autem vnione naturæ. 51
Diuinitas Verbi, vnita fuit omni ei quod eſt de integritate naturæ humanæ. 1
Diuinitas quę erat vnita carni Chriſti reduxit ad corpus eius ſanguinem. 51
Diuinitas ſemper fuit coniuncta ſanguini Chriſti, tam ſeparato, quam coniuncto. 89
Diuinitas, vnita fuit animæ, & corpori in perſona. 17
Diuinitas, vnitur corpori, propter reparationem animæ. 14
Diſputatio prima, eſt ad remouendam dubitationem. 4
Diſputatio ſecunda, dicitur magiſtralis, ad inſtruendum. 4

E

ECcleſia, eſt ſicut perſona vna cum ſuo capite, quod eſt Chriſtus. 68
Ex ſanguine de latere Chriſti effuſo, Eccleſia fundata fuit. 8
Eccleſiæ chatolicæ authoritas, in re dubia valet. 84
Eccleſia, de ſubſtantia corporis Chriſti, fundata fuit. 3
Effuſio Chriſti, non eſt aliud, quam occiſio, & mors Chriſti. 87
Effuſſio ſanguinis, & aquæ de latere Chriſti iam mortui, fuit ſupernaturale, & miraculoſum. 54
Effuſio ſanguinis Chriſti ordinabatur ad apertionem regni cęleſtis. 94
Eleuare aliquam creaturam ad ſuperiorem gradum non eſt poſſibile; ſolus qui naturam condidit, hoc facere poteſt. 62
Epar, eſt omnium humorum corporis, principale membrum. 47
Errores Ebioni, Valentini, Marciani, Apolinaris, Eunomij, Aymonis, & Marceli. 20
Eſſe de veritate naturæ, multipliciter ſumitur. 40
Eſſentia in natura rei, differt a ſuo ſuppoſito. 6
Eua de ſubſtantia Adæ formata eſt. 6

Exclamatio Chriſti in Cruce oſtendit, quod habuit flatum vitalem, & animam. 2
Ex menſtruo corruptionem habente, quod natura repudiat, non formatur conceptus. 25
Ex verbis, & rebus, fit vnum in ſacramentis, ſicut ex forma, & materia. 91

F

Fides antiquorum, fuit in paſſione, & ſanguine Chriſti, prout erat Deus, & homo. 64
Fides Iacob, fuit de incarnatione, & paſſione Chriſti. 77
Filius Dei, naturam humanam aſſumpſit, ſecundum quam factus eſt homo. 9
Filius Dei, aſſumpſit partes mediante toto. 32
Fides informis, cum peccato ſtare poteſt. 90

G

Gratia ſacrametalis ad duo ordinatur. 68

H

Homo ante peccatum, habuit fidem explicitam de Chriſti incarnatione. 59
Homo, ante ſtatum peccati, habuit fidem explicitam de Incarnatione, vt ordinabatur ad conſumationem gloriæ. 94
Homo, in Paradiſo operabatur ad experiendum vires naturæ. 61
Homo, in ſtatu innocentiæ, indigebat gratia non tamen ſacramentis. 76
Homo, non poſſet eſſe perfectus, niſi totum quod in anima implicite continetur, exterius in corpore explicetur. 49
Homo, non ſubſiſtit, ſed hic homo. 12
Homo, ſignificat corpus, & animam. 39
Homo, totum ſuum eſſe, Deo debet. 62
Honoratur aliquis, vel ratione ſui, vel ratione alterius. 42
Honor adorationis, debetur ypoſtaſi ſubſiſtenti. 39
Honor, & reuerentia, non debetur niſi rationali creaturæ. 55
Hoſtia, in altari eleuata, ex motiuo fidei, ſine aliqua conditione eſt adoranda veneratione latriæ. 99
Hoſtia, in altari eleuata, ex motiuo humanæ exiſtimationis, eſt adoranda ſub conditione habituali, vel actuali. 99
Humana natura per aliquam paſſionem abſque morte, non fuit redempta. 30
Humiditas in homine duplex, Nutrimentalis, & complexionalis. 26
Humiditas, quædam eſt, quæ tranſit de forma in formam, ideſt, de forma humoris in formam membris. 26
Humiditas quæ eſt in actu tranſeundi de forma in formam, non reſurget. 52
Humores, perficiuntur ab anima aliquo modo 27
Humores, ſunt in corpore ad reſtaurationem deperditi, & perficiendam integritatem humanæ naturæ, & ad oſtenſionem virtutis naturalis. 27

I

Illud dicitur eſſe corpus humanum, quod habet ordinem ad animā rationalem. 2
Illud pro ſpecie capiendum eſt per quod, res certius innoteſcit. 8
In Beata Virgine, triplex fuit perfectio gratiæ Diſpoſitiua, Formalis, & Finalis. 104
Incarnationis opus, conuenientius dicitur ordinatum fuiſſe in remedium peccati. 93
In Chriſto, fuit aliud principium vitæ quam Deitas. 19
In Chriſto, non ſunt duæ res naturæ, ſed vna duarum naturarum. 9
In Chriſto, tres ſubſtantie vnite fuerunt, corpus, anima, & Diuinitas. 17
In conſecratione ſanguinis, potius fit memoria de effectu paſſionis Chriſti, quam in conſecratione corporis. 86
In conceptu Virginali, concupiſcentia locum non habuit. 25
In corpore Chriſti, eſt ſimilitudo veſtigij, & ymaginis. 14
In diffinitionibus, ſi addatur, vel ſubtrahatur aliqua differentia, fit alia ſpecies. 23
In æterogeneis, non prædicatur de parte, & de toto. 6
In illo triduo, verius dicere poterat Filius hominis quam homo. 38
In partibus corporis animati, quædam ordinantur ad operationes animæ exequendas, quædam ad conſeruationem aliarum partium. 27
In ſacerdote legali, quatuor requirebantur conditiones. 76
In ſacramentis, verba ſe habent per modum formæ, res ſenſibiles per modum materiæ. 91
In ſimplicibus, non differt res, natura, & perſona. 12

In ſtatu ante peccatum non tenebantur homines credere explicite ea quæ ſunt de redemptore. 95
In ſtatu innocentiæ, partes ſuperiores hominis, inferioribus omnino dominabantur. 61
Intellectus, & voluntas, ſunt potentiæ ſolius animæ. 43
Inter naturam humanam, & ſuppoſitum verbi Dei, nullum medium cadere poteſt. 133
In veteri teſtamento, duplex fuit mundatio. 66
In vſu ſacramentorum, duo conſiderari poſſunt; cultus Diuinus, & ſantificatio hominis. 95
Iuliani, & Galeni, de corpore Chriſti, impia opinio. 18
Iuſtitia Dei exigebat, vt homo liberaretur a peccato, Chriſto ſatisfaciẽte per ſuã paſſionem. 87

L

LAus debetur homini, honor Deo. 42
Latria debetur Deo, de ratione creationis. 41.

M

MAior eſt gratia vnionis perſonalis, quam fruitionis 14
Manus, quia non eſt ſubſtantia completa in ſe ſubſiſtens, non dicitur ypoſtaſis. 15
Materia, ex qua corpus formatur in Chriſto, & alijs hominibus eſt ſanguis. 24
Materia corporis Chriſti, deriuata fuit ab Adam ſecundum corpulentam ſubſtantiam, non autem ſecundum rationem ſeminalem. 62
Matrimonium in ſtatu innocentiæ, inſtitutum fuit in officium naturæ, non autem in ſacramentum. 59
Matrimonium in ſtatu innocentiæ, non fuit proprie ſacramentum, ſed rem ſacram ſignificabat. 61
Membra in comparatione ad animam, poſſunt conſiderari vel ſecundum habitudinem materię ad formam, vel ſecundum habitudinem inſtrumenti ad agentem. 27
Mors Chriſti, applicatur mortuis per deſcenſum Chriſti ad inferos. 82
Mors Chriſti, applicatur viuentibus per ſacramenta. 82
Mors Chriſti, fuit pretium redemptionis & copioſi virtutis. 30
Mors Chriſti, in facto eſſe, non poteſt eſſe cauſa noſtrę ſalutis per modum meriti, ſed per modum efficientiæ. 81
Mors Chriſti, operata eſt ſalutem noſtram ex virtute Diuinitatis vnitæ, non autem ex ſola ratione mortis. ibidem.
Mors, ſeparauit animam a corpore, non autem a Verbo. 51
Mors violenta, tardatur, quamdiu natura reſiſtere poteſt. 56
Mundamur a peccato, per fidem non informem. 90.

N

NAtura abſolute acceptæ, in plus eſt quam perſona. 61
Natura Diuina, & perſona in Chriſto, adorantur per ſe, caro vt vnita, per accidens. 58
Natura humana in Chriſto, non poteſt dici ſuppoſitum. 11
Natura humana, nata eſt attingere Verbum aliqualiter. 15
Natura irationalis, non habet congruentiam dignitatis. ibid.
Nihil de ſanguine Chriſti naturali effuſo, in quo conſiſtebat vita Chriſti, remanſit in terrio. 96
Nihil in ſacra ſcriptura firmiter aſſerendum eſt, niſi quod ſpiritus ſanctus docet. 3
Nihil prohibet de ſanguine Chriſti nutrimentali, aliquid in eo poſt reſurrectionem remanſiſſe. 97
Nomen Ieſus, debet adorari yperdulia, & latria. 102
Nomina quæ imponuntur Diuinitus aliquibus, ſemper ſignificant aliquod donum gratuitum eis Diuinitus datum. 102
Nomina quæ ſignificant particularia, ſunt in duplici ſtatu. 6

O

OPeratio prima corporis animati, eſt nutritio. 48
Operatio vitalis in omnia membra, diffunditur per ſanguinem generatum in corde. 28
Ordo duplex, inter creaturam, & Deum. 34

P

PArs integralis hominis, eſt membrum hominis, quod continuatur alteri membro. 48
Partes aliorum hominum, & humanitatis Chriſti, diuerſimode ſunt in genere. 9

Partes humanæ naturæ ſunt due .ſ. eſſentiales, & integrales. 43
Partes, originaliter ſunt priores totto. 32
Paſſio Chriſti, agit per modum efficientiæ meriti, ſatisfactionis, redemptionis, & ſacrificij. 35.
Paſſio Chriſti, liberauit nos a peccato, & communi, & ſpetiali. 89
Paſſio Chriſti, licet ſit corporalis, habet tamen virtutem ſpiritualem a Diuinitate ſibi vnita. 35.
Paſſio Chriſti, non habuit temporalem, ſed ſempiternam virtutem. 89
Paſſio Chriſti, occulte figurabatur in veteri teſtamento. 86
Paſſio Chriſti, ordinabatur ad aſcenſionem Chriſti in coelum. 94
Paſſio Chriſti, prodeſt omnibus, ſed effectum non habet in illis, qui paſſioni Chriſti non coniunguntur. 74
Patres antiqui, habuerunt fidem de Diuinitate, & humanitate Chriſti. 77
Per principia humanitatis in Chriſto, non conſtituitur aliquid per ſe exiſtens. 9
Peccatum quod impedit introitum regni cœleſtis duplex. 88
Per ſanguinem redempti ſumus a peccatis. 54
Per ſe, & in ſe ſubſiſtere, eſt ſubſtantiæ proprium; accidentis vero, in alio eſſe. 10
Perſona, eſt hoc aliquid. 11
Perſona, eſt illa cuius eſt agere. 14
Per fruitionem, corpus nullo modo Deo vniri poteſt. 14
Per ſpeciem, vnumquodque certificari habet. 18
Per ſucceſſionem temporum, creuit Diuinæ cognitionis augmentum. 95
Pius ſecundus, ſcilentium impoſuit de vna maxima quæſtione, & dubictate. 84:106
Poſt vnionem animæ cum corpore, ſi ab inuicem ſepararentur, corpus remanebit aſſumptum. 31
Pretium, pro reparatione generis humani, infinitum eſſe debuit in valore. 129
Principia, ad genus reducũtur, per illud per quod illa conſtituuntur. 10
Pro peccato originali quo Adam totam naturam humanam infecit nemo ſatisfacere poterat niſi Deus ſolus. 62
Propter vnionem humanæ naturæ, Verbum Dei non dicitur humana natura, ſed homo. 23

Q

QVæ ex ſola voluntate Diuina pendent, nobis ignota ſunt. 93
Quia ſanguis de corpore Chriſti exiuit, ideo habuit verum corpus. 2
Qui non fuerunt diſcipuli veritatis, ſunt magiſtri erroris. 3
Qui ſcripturam ſacram aliter intelligit quam ſpiritus ſanctus proponit, hæreticus cẽſendus eſt. 3
Qui ſatisfacit pro offenſa, exibet offenſo id quod æque, vel magis diligit, quã oderit offenſam. 82
Quod aſſumptum eſt, non fuit prius quam aſſumaretur. 31
Quod corpus Chriſti non fuit ſeparatum a Diuinitate, tripliciter conſtare videtur. 16
Quod eſt cauſa alicuius quod fit, ſi tollatur cauſa adhuc remanet effectus. 15
Quod eſt vltimæ incorporationis, eſt de veritate naturæ, vt gluten. 50
Quod in articulo continetur, non eſt articulus, ſed aliquid concomitans articulum. 94
Quod natura ordinat ad vltimam perfectionem eſt de veritatæ naturæ; vt ſanguis, & alij tres humores. 49
Quod ordinatur ad exequendas operationes animæ eſt de veritatæ naturæ, vt cor, epar, &c. 49
Quod per gratiam Dei conceditur; nunquam abſque culpa reuocatur. 16
Quod per ſe non ſubſiſtit, non habet rationem ſuppoſiti. 9
Quod pertinet ad conſeruationem aliarum partium, eſt de veritatæ naturæ, vt capilli, vngues. 50
Quomodo due partes ſint duo corpora particularia. 7

R

RAtione contactus membrorũ, non ſolum cutem, ſed etiam omnia quę Chriſti ſunt adoramus. 56
Ratio, quare ante Abraam non fuerit data circumciſio. 64
Ratio, quare Diuinitas, ypoſtatice vnita fuit corpori, & non ſanguini in triduo mortis. 44
Redemptorem eſſe eſt Chriſti proprium in quantum eſt homo. 130

Sacer-

S

SAcerdos immũdus mundare poteſt; quia agit in virtute paſſionis Chriſti. 67
Sacramenta legis antique, erant ſacrificia, Decimæ, oblationes, & huiuſmodi. 63
Sacramentum altaris, dicitur myſterium fidei, quaſi fidei obiectum. 87
Sacramentum, eſt prænoſticum futuræ gloriæ. 90
Sacramentum, operatur ad cauſandam gratiam per modum inſtrumenti. 68
Sacramentum, proprie ſignificat finem ſanctificationis, qui & vita æterna. 91
Sacramentum, proprie dicitur, quod ordinatur ad ſignificandam noſtram ſanctificationem. 90
Sacrificia iuſtorum, figurabant ſacrificium, quo Chhriſtus ſeipſum obtulit. 64
Sacrifica, oblationes, & ſimilia, erant neceſſitatis, & voluntatis. 78
Sacrificia veteris legis, iuſtificabant, non ex fide mediatoris perſonalis cum ſanguine effuſo, ſed ex fide mediatoris ſolum. 80
Sacrificij effectus, eſt Deum placare. 64
Sancti, quando loquuntur de ſanguine Chriſti, loquuntur de myſterio paſſionis Chriſti. 81
Sancti patres per fidem Ieſu Chriſti operando opera iuſtitiæ, introitum Regni cœleſtis meruerunt. 68
Sanguis Agni linitus in ſuperliminaribus domorum, ſignificabat fidem paſſionis Chriſti. 66
Sanguis Chriſti, clarificat oculum; ſicut ſanguis columbæ, quia illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. 70
Sanguis Chriſti, dupliciter eſt hominibus exhibitus. 56
Sanguis Chriſti conſecratur in ſacramento in quantum eſt potus fidelium. 86
Sanguis Chriſti effuſus, non eſt ad coniunctionem Chriſti, & Eccleſiæ, ſed ad inſtitutionem Sacramentorum. 61
Sanguis Chriſti effuſus, erat Signum vltimæ paſſionis Chriſti. 82
Sanguis Chriſti, eſt cauſa humanæ ſanctificationis. 91
Sanguis Chriſti, eſt de veritatæ naturæ humanę, licet non ſit eius pars. 50
Sanguis Chriſti, fuit infiniti valoris, propter vnionem Diuinitatis. 29
Sanguis Chriſti in cruce effuſus, fuit de integritate naturæ humanæ. 1
Sanguis Chriſti, in triduo mortis eius, ſeparatus fuit a corpore. 40
Sanguis Chriſti, non eſt purus, ſed mixtus; quia ſanguis, & aqua ex latere exiuit. 70
Sanguis Chriſti, non mortificat, ſed viuificat, ſicut ſanguis Pellicani. 70
Sanguis Chriſti, qui in quibuſdam Eccleſijs ſeruator, vel eſt miraculoſus, vel nutrimẽtalis. 28
Sanguis Chriſti ſeorſum conſecratus, expreſſe repreſentat Chriſti paſſionem. 36
Sanguis, cõpetit ſacramẽto Euchariſtiæ; Aqua, Baptiſmi. 91
Sanguis, corpori Chriſti reinfuſus fuit. 98
Sanguis effuſus, fuit a reſolutione preſeruatus. 97
Sanguis effuſus, humanum genus ſantificauit. 29
Sanguis effuſus, qui ad veritatem humanæ naturæ pertinet cum corpore reſurrexit. 24
Sanguis, eſt cibus membrorum in humano corpore. 49
Sanguis, & preputium, & quod eſt ſeparatum à Chriſti vnione, debet adorari yperdulia. 56
Sanguis; habet ordinem naturalem ad corpus. 44
Sanguis, ex corpore fantaſtico exire non poteſt. 2
Sanguis, ex quo formatur corpus, magis conuenit cum carne, quam caro cum anima. 25
Sanguis in homine, confert ad multas operationes animæ. 24
Sanguis in paſſione Chriſti, fuit a corpore ſeparatus. 30
Sanguis in reſurrectione, virtute Diuina fuit collectus. 97
Sanguis in ſacramento conſecratus, eſt idem numero cum eo, qui & coniunctus, & poſtmodum effuſus eſt. 87
Sanguis menſtruatus; tranſit in ſpeciem carnis 48
Sanguis, non eſt formaliter animatus, nec pars integralis hominis. 48
Sanguis, non eſt formaliter viuens. ibidem
Sanguis, non eſt pars viuentis. ibidem
Sanguis, non eſt pars eſſentialis conſtitutiua hominis. 47
Sanguis, non eſt pars eſſentialis hominis, ſed res naturalis conſeruans vitam. 24
Sanguis, per potentiam Diuinam in ſepulcrum introductus fuit. 98
Sanguis, qui ad veritatem naturæ humanæ pertinebat, in corpore Chriſti reſurrexit. 51. 97
Sanguis, quia eſt effuſus à corpore, ideo ſeorſum conſecratus. 41
Sangnis, qui in quibuſdam Eccleſijs oſtẽditur, eſt

nutri-

ſacramentalis, & non pertinet ad veritatem naturæ humanæ, eſt etiam quidam ſanguis miraculoſus. 97
Sanguis, ſeorſum conſecratus, expreſſe paſſionẽ Chriſti repreſentat. 83
Sanguis ſeparatus à Chriſti corpore in triduo, in relatione ad corpus, erat adorandus adoratione Duliæ. 53
Sanguis ſi fuiſſet conſecratus in illo triduo, adorari potuiſſet adoratione Duliæ, non autem Latriæ. 58
Sanguinis à carne ſeparatio, nõ derogat dignitati Chriſti in triduo. 42
Sanguinis effuſio, ad paſſionẽ Chriſti ſpectat. 31
Sanitas, & ægritudo, ſunt paſſiones corporis viuentis. 48
Semen feminæ, non eſt aptum generationi. 25
Semen, quamuis in ſe infectionem non habeat in actu, habet tamen in virtute. 62
Sexus diſcretionis, quæ manifeſtatur per membra genitalia, eſt de veritate naturæ. 50
Sicut elementa ſunt de perfectione vniuerſi, ſic & humores ſunt de perfectione humani corporis. 50
Si homo non peccaſſet, Deus potentia ſua abſoluta potuiſſet incarnari. 96
Si humana natura ſepararetur à Verbo haberet propriam perſonam. 11
Si in triduo, celebratum fuiſſet ſacramentũ ſub ſpecie panis, fuiſſet corpus ſine ſanguine; & ſi ſub ſpecie vini, fuiſſet ſine corpore. 41
Si in triduo mortis celebratum fuiſſet Sacramentum Euchariſtiæ, ibi non fuiſſet anima. ibid.
Si natura humana non fuiſſet aſſumpta à Verbo, haberet ſuam perſonalitatem. 13
Sub nomine corporis, omnes particulæ corporis continentur. 24

T

Tota ratio facti, eſt potentia facientis. 13
Totum cõplectiue, eſt prius ſuis partibus. 32
Totum quod fuit de veritate naturæ humanæ, in reſurrectione tam Chriſti, quam noſtra reparabitur. 18

V

Vbicunque eſt corpus Chriſti; ibi eſt Diuinitas. 40
Vegetatiui principij operatio, completur mediante calore. 44
Verba conſecrationis ad tria ordinantur. 85
Verbum Diuinum, nunquam quod in noſtra natura aſſumpſit dimiſit. 2
Verbum Dei, perficit ſacramentum, non quia dicitur, ſed quia creditur. 95
Virtus agentis, aliquo modo eſt in inſtrumẽto. 33
Virtus cogitatiua in homine, aliquid de intellectu participat. 45
Vna tantum perſona eſt in Chriſto. 12 & 69
Vnio animæ, & corporis in Chriſto, caret propria perſonalitate, ſed pro ſua habet Diuinam. 12
Vnio carnis, & animæ, per mortem ceſſauit; non autem Verbi ab anima, vel carne. 39
Vita, conſiſtit in calido, & humido. 44
Vnio, facta eſt in perſona Verbi, non in natura. 34
Vniones, duas tantum doctores ponunt in triduo mortis Chriſti. 3

FINIS.

TRACTATVS DE SANGVINE CHRISTI,

Effuſo in triduo mortis eius, an fuerit vnitus Diuinitati.

MAGISTRI LEONARDI MATTHAEI Vtinenſis Ordinis Prædicatorum.

CAPVT I.

In quo primo capite ponuntur rationes; quæ faciunt difficultatem probabilem ad vtrauque partem.

DVBITARI à quibuſdam ſolet; An firmiter aſſerens, Diuinitatem verbi in triduo mortis Chriſti fuiſſe ſeparatam à ſanguine ipſius effuſo, ſit cenſendus Hereticus. Primo arguitur quod ſic. Diuinitas verbi fuit vnita omni ei; quod eſt de integritate, & de conſtitutione corporis humani, ſed ſanguis Chriſti effuſus, fuit de conſtitutione corporis Chriſti, vt patet per Auguſtinum qui dicit. Quod corpus conſtat ex membris officialibus; officialia ex ſimilibus; ſimilia ex humoribus; ergo Diuinitas Chriſti fuit vnita ſanguini eius in Cruce effuſo. Vnde Hieronymus; vt habetur de conſecratione diſtinctione ſecunda cap. Dupliciter, dicit. Niſi manducaueritis carnem meam; & ſanguinem meum biberitis, non habebitis vitam æternam. Intelligitur caro ea, quæ crucifixa eſt; & ſanguis qui militis lancea effuſus eſt, hæc ibi, ſed Diuinitas non fuit ſeparata à carne Chriſti crucifixa, ergo nec à ſanguine effuſo.

Diuinitas verbi fuit vnita omni ei, quod eſt de integritate naturę humanæ.

Primo arguit pro parte affirmatiua Dubij.

Corpus conſtat ex membris officialibus.

Præterea. Sanguis Chriſti in paſſione effuſus, fuit de veritate humanæ naturæ, & ſacer dicitur, ſecundum illud quod cantat ſancta Mater Eccleſia. Quem ſacer cruor perunxit, fuſus agni corpore. Vnde & Chriſto reſurgente, reunitus eſt ſacro corpori Chri-

2. Argum.

Sãguinis Chriſti in cruce effuſus fuit de integritate naturæ humanæ.

ſti, ſicut anima, & corpus Chriſti ſimul vnita fuerũt, alias nũc vinũ nõ tranſubſtãtiaretur in ſanguinẽ eius in Sacramẽto altaris; cuius oppoſitũ habetur de cõſecratione Diſt. 2. ca. Hoc eſt: quod dicimus &c.

Illud eſt corpus humanũ quod habet ordinem ad animam rationalem.

Præterea. Quicquid fuit de veritate humanæ naturæ in Chriſto perfectum anima rationali, habuit Diuinitatem Verbi ſibi vnitam. Ex hoc enim dicitur corpus humanum, quod habet ordinem ad animam rationalem; ſed ſanguis Chriſti effuſus in cruce fuit de veritate humanæ naturæ in Chriſto; perfectus anima rationali Chriſti; ergo habuit Diuinitatem ſibi vnitam. Extra de celebratione miſſarum cap. in quadam; Vbi dicitur ſic. Per hoc autem; quod Chriſtus inclinato capite in articulo mortis tradidit Spiritum, de quo, voce magna exclamauerat; Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum, Manifeſte probatur; quod ipſe ſpiritum habebat non ſolum vitalem flatum, ſed etiam animam rationalem, de qua prædixerat. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Et poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi. Per hoc autem, quod vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis, & aqua, Probatur aperte; quod Chriſtus verum corpus habebat. Nam ex fantaſtico corpore, nec ſanguis, nec aqua potuiſſet exire; Vnde ille qui vidit, teſtimonium perhibuit, & teſtimonium eius verum eſt. Quia tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra; Spiritus, ſanguis, & aqua. Quod videlicet Chriſtus ſit verus homo, ex anima rationali ſubſiſtens; probatur ex eo quod, talem ſpiritum emiſit; & vero corpore; probatur, quoniam ex eo exiuit ſanguis & aqua. Rationalis quippe anima non poſſet viuificare hoc corpus humanum; ex quibus verus homo conſiſtit, hæc ibi.

Quia Chriſt' in cruce exclamauit, habuit & flatum vitalem & animam.

Quia ſanguis ex corpore Chriſti exiuit ideo habuit verũ corpus. Sãguis ex corpore fantaſtico exire non poteſt.

4. Argum. Verbum Diuinum nunquã quod in noſtra natura aſſumpſit dimiſit.

Præterea Verbum Dei numquam depoſuit, quod in noſtra natura aſſumpſit; partibus naturæ humanę in paſſione ab inuicem ſeparatis, ſed Verbum Dei aſſumpſit in noſtra natura non ſolum corpus, ſed etiam ſanguinem; ergo ſanguis ille numquam fuit à Verbo depoſitus. Vnde in Clementinis de ſumma Trinitate, & fide Catholica cap. fidei Catholicæ dicitur. In ipſa aſſumpta natura ipſum Dei Verbum pro omnium operanda ſalute, non ſolum affigi cruci, & in ea mori voluit, ſed etiam ſpiritu iam emiſſo perforari lancea ſuſtinuit latus ſuum, vt ex inde profluentibus vndis aquæ, ſcilicet, & ſanguinis, formaretur vnica, & immaculata Eccleſia cõiunx Chriſti, ſicut de latere primi hominis ſoporati, Eua ſibi in coniugem eſt formata; vt ſic certe figuræ, primi, & veteris Adæ; qui ſecundum Apoſtolum eſt forma futuri Adæ in noſtro nouiſſimo Adam, i. Chriſto veritas reſponderet, hæc ibi; ſed illud vnde ex Adam fomata fuit Eua, erat ſubſtantia Adæ, ergo ſanguis

Ex ſanguine de latere Chriſti effuſo Eccleſia fundata fuit.

Eua de ſubſtantia Adæ formata fuit.

guis Chriſti ex quo formata eſt Chriſti Eccleſia fuit de ſubſtantia corporis Chriſti.

5. Argum. Eccleſia de ſubſtantia corporis Chriſti fundata fuit.

Præterea. Precium humanæ redemptionis eſt ſanguis Chriſti, vel vita eius corporalis; quæ eſt in ſanguine, quam ipſe Chriſtus exſoluit. Vnde vtrumque iſtorum ad Chriſtum pertinet immediate, inquantum eſt homo; ſed vita corporalis Chriſti, erat vnita Diuinitati, ergo & ſanguis eius. In canone de conſecratione, Diſt. 2. cap. Non oportet, dicitur ſic. Non oportet aliquid aliud ſacrari præter vinum, & aquam, quæ in typo Chriſti benedicitur, quia dum in Cruce penderet, de corpore eius, ſanguis fluxit, & aqua, Hæc tria vnum ſunt in Chriſto Ieſu; hæc hoſtia, & oblatio Dei in odorem ſuauitatis, hæc ibi.

Qui autem aliter Scripturam ſanctam intelligit quam Spiritus ſancti ſenſus flagitat à quo ſcripta eſt; licet de Eccleſia non receſſerit: tamen hæreticus appellari poteſt. Vt habetur 24.q.3.cap. Quidam autem heretici, in fine. Videtur itaque ex his rationibus, quod firmiter aſſerens Diuinitatem verbi in triduo mortis Chriſti fuiſſe ſeparatam à ſanguine ipſius effuſo, ſit hæreticus cenſendus. Et cap. hæreſis græce q. eadem, & ſic patet.

Qui Scripturam ſacram aliter intelligit quam Spiritus ſanctus proponit, hęreticus cenſendus eſt.

Sed contra, probatur qđ firmiter aſſerẽs Diuinitatẽ Verbi in triduo mortis Chriſti fuiſſe vnitã sãguini eius effuſo, ſit hæreticus cẽſendus.

Arguit conclusionẽ pro parte negatiua.

Primo Argumẽtor ſic, Dr̃ in canone 24.q.3. Quid aũt iniquius eſt quã impia ſapere, & ſapientiorib. doctoribuſq; non credere? ſed in hanc inſipientiam cadunt, quod cum ad cognoſcendam veritatem aliquo impedirentur obſcuro; non ad propheticas voces, non ad apoſtolicas literas, nec ad Euangelicas authoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt, & ideo magiſtri erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuerunt, hæc ibi. Sed ſapientes, & Doctores Catholici non ponunt in triduo mortis Chriſti niſi duplicem vnionem. ſ. Diuinitatis ad corpus, & Diuinitatis ad animam: Quia corpus, & anima ſunt partes naturæ humanæ principaliter: quibus poteſt conuenire ratio ſubſiſtentis; vt patet ex multis authoritatibus ſanctorum in tertio ſententiarum poſitis; Vbi nullus Sãctorum Doctorum poſuit vnionem diuinitatis cum ſanguine, ergo hoc affirmare eſt pręſumptuoſum.

Primum arg.

Qui non fuerunt diſcipuli veritatis; ſunt magiſtri erroris.

Doctores, in triduo mortis Chriſti nõ põnũt niſi duas vniones.

Præter. Nihil eſt firmiter aſſerendum in his, quæ Sacram Scripturam concernunt, niſi quod Spiritus ſanctus docet. Vt 36. Diſtin. cap. Si quis vult Pontifex, aut ſecundum traditionem patrum, vt 32. Diſt. cap. Relatum, per totum, ſed nec à Spiritu ſancto, nec à ſanctis Patribus diffinitum eſt, quod Diuinitas Verbi fuerit vnita ſanguini Chriſti in cruce effuſo, ergo hoc aſſerere abſurdum eſt.

2. argum. Nihil in Sacra Scriptura firmiter eſt aſſerendũ, niſi quod Spiritus ſanctus docet.

CAPVT II.

In ſecundo capite oſtenditur, quod licet ſine ſcrupulo conſcientiæ magiſtraliter inueſtigare veritatem quæſiti.

VT planior fiat veritas eius quod quæritur, ne mens viri Catholici ambigua permaneat, & perpleſſa, ſciendum ſecundum ſanctum Thomam 4. quodlib. q. 8. art. 3. Quod quilibet actus exequendus eſt; ſecundum quod conuenit ad ſuum finem.

Diſputatio ad duplicem finẽ ordinari pōt.

Diſputatio prima eſt ad remouẽdã dubitationem.

Diſputatio autem ad duplicem finem poteſt ordinari. Quædam enim diſputatio ordinatur ad remouendam dubitationem, an ita ſit, & in tali diſputatione Theologica maximè vtendum eſt authoritatibus, quas recipiunt illi cùm quibus diſputatur, puta ſi cum Iudæis diſputetur, oportet inducere authoritates veteris teſtamenti, Si cũ Manicheis, qui vetus teſtamentum reſpuunt, oportet vti ſolum authoritatibus noui teſtamenti, Si autem cum Sciſmaticis, qui recipiunt Vetus, & Nouum teſtamentum non autem doctrinam ſanctorum noſtrorum, ſicut ſunt Græci, oportet cum eis diſputare ex authoritatibus veteris vel noui teſtamenti, & illorum Doctorum quos recipiunt, ſi autem nullam authoritatem recipiunt, ſicut gentiles, oportet ad eos conuincendos ad rationes naturales conſugere.

Diſputatio ſecunda dicitur magiſtralis.

Quædam vero diſputatio eſt magiſtralis in ſcolis non ad remouendum errorem; ſed ad inſtruendum auditores, vt inducantur ad intellectum veritatis, quem intendit, & tunc oportet rationibus initi, inueſtigantibus veritatis radicem, & facientibus ſcire quomodo ſit verum quod dicitur. Alioquin ſi nudis authoritatibus magiſter quæſtionem determinet; certificabitur quidem auditor, quod ita eſt, ſed nihil ſcientiæ, vel intellectus acquiret, immo vacuus abſcedet. Vnde dicitur ad Titum primo. Vt ſit potens exortari in doctrina ſana; & contradicentes reuincere. Contradicentes autem melius reuincuntur rationibus, quam authoritatibus, huc vſque Thomas.

Bulla Pij Papæ ſecundi.

Non determinat hanc dubitationẽ, qa eſt munus Eccleſiæ.

Quia vero in Bulla ſanctiſſimi D. noſtri Papæ Pij ſecundi, quæ incipit. Ineffabilis ſummi prouidentia Patris &c. mandatur ſub pęna excommunicationis, ne quis audeat ſeu preſumat publice, aut priuatim verba facere, ſeu prædicare, ſeu diſputare de huiuſmodi dubietate. Quod videlicet hæreticum, vel peccatum ſit tenere, vel credere ſanguinem ſacratiſſimum triduo paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti ab ipſa Diuinitate quomodolibet fuiſſe vel non fuiſſe ſeparatum.

Ego ſuper huius dubietate, non diffiniendo, cum hoc ad ſacroſanctam ſedem Apoſtolicam pertineat, & ad authoritatem ſummi Pontificis, ad quem maiores, & difficiliores Eccleſiæ quæſtiones ſpectant,

ſpectat,vt habetur Diſt.43.c.Diſpēſatio. Vna .n. fides debet eſſe totius Eccleſiæ 1.Corin.Primo Idipſum dicatis oēs,& nō ſint in vobis ſciſmata. Qđ quidē ſeruari non pōt niſi quæſtio fidei de fide exorta determinaretur per eum qui toti Eccleſiæ præeſt, vt ſic eius Sententia a tota Eccleſia firmiter teneatur,vnde etiam non debet diſputari de his quæ ſunt fidei, quaſi de his dubitando; ſed propter veritatem manifeſtandam; Sic.n.non incurrimus excommunicationis ſententiam; ſi fidem ſeruamus non contentione verborum; ſed veritate ſententiarum. Oportet.n.ad fidei confirmationem, de his;quæ ſidei ſunt diſputare; pręcipue coram ſapientibus,& in fide firmis,ſecundum illud P.Petri.3.Parati ſemper ad ſatisfationem omni poſcēti vos rationem de ea quæ in vobis eſt fide. In hac itaque dubietate; nihil temere diffinire intendo;ſed ea quæ ex ſacris doctoribus colligere potui. Præſertim ex clara,firma,& celſa doctrina Sancti Thomæ de Aquino, ordinis noſtri Prædicatorum,ſubijciens me ipſum, & quæcunque dixero in hac materia,emendationi, & correctioni Sanctæ Matris Eccleſæ. Itaque præmiſſa Catholica proteſtatione; ad præ factæ quæſtionis euidentiam, inquirenda ſunt tria per ordinem.

De his quæ ſunt fidei non eſt diſputandum dubitando ſed pro manifeſtanda veritate.

Auctor, nihil temere diffinire intendit. Sed ſubmittit ſe eccleſię correctioni.

Primo vnde habet corpus Chriſti, quod in triduo paſſionis eius fuerit ſibi vnita perſonaliter Diuinitas Verbi. Secundo vnde habet anima Chriſti, quod in eodem triduo perſonaliter ſibi vnitum fuerit verbum Diuinum. Tercio, an Diuinitas Verbi fuerit perſonaliter vnita ſanguini Chriſti effuſo in illo triduo paſſionis eius. Circa Primum videnda ſunt tria. Primo an partes naturæ humanæ in Chriſto reducantur ad genus,& ſpeciem, per ipſum ſuppoſitum, ſicut in alijs hominibus. Secundo. Quare natura humana in Chriſto non retinuit propriam perſonalitatem humanam. Tercio Quare in triduo mortis Chriſti, Verbum Dei remanſit perſonaliter vnitum corpori chriſtri mortuo.

Tria inquirit Primo. Secundo. Tertio.

Circa primū tria proponit inueſtiganda Primo. Secundo. Tercio.

CAPVT III.

In hoc capite oſtenditur, quod partes naturæ humanæ in Chriſto, non reducuntur ad genus vel ſpeciem per ipſum ſuppoſitum, ſed per rem naturæ; vt eſt per ſe eſſe.

QVantum ad Primum, ſciendum quod vt dicit Sanctus Thomas in tractatu de natura generis. Corpus ſecundum quod eſt genus non prædicatur de corpore hominis quod eſt pars eius. Quia ſi corpus hominis eſſet corpus, ita quod de eo prædicaretur corpus

quod

In etherogeneis idem non prædicatur de parte & de toto.

quod eſt genus; cum corpus hominis ſit animatum ſenſibile, tūc corpus hominis eſſet animal, quod eſt falſum, cum non ſit homo. Idem .n.non prædicatur de toto, & de parte in etherogeneis: Prædicatur igitur corpus de corpore hominis pro vt diuiditur contra incorporeum, & hoc eſt maxime commune corpori. Ideo non numeratur; quando prædicatur de diuerſis corporibus pro vt ſunt partes. Quando autem mortuis hominibus per ſe ſunt corpora, tunc cum habeāt rationem partium ſubiectiuarum, prædicatur corpus de eis numeroſe. Inde eſt, quod non numeratur corpus hominis mortui corpori viuo, vt dici poſſint duo corpora, licet per aliā, & aliam formā fuerit corpus in actu in viuente, & in mortuo, & non per eandem.

Nomina primæ intentionis.

Ad huius ergo euidentiam conſiderandum eſt, quod nomina primæ intentionis vel impoſitionis ſunt, quæ rebus, impoſita ſunt abſolute mediante conceptione, qua fertur intellectus ſuper ipſam rem in ſe, ut homo, vel lapis.

Nomina ſecūdæ intentionis.

Nomina autem ſecundæ intentionis ſunt illa, quæ imponuntur rebus non ſecundum quod in ſe ſunt, ſed ſecundum quod ſubſunt intentioni, quam intellectus facit in eis, vt cum dicitur homo eſt ſpecies, ſiue animal eſt genus.

Eſſentia in nā rei differt a ſuo ſuppoſito.

Quia igitur in natura rei inuenitur quod eſſentia differt a ſuo ſuppoſito, non ſolum ſecundum operationem intellectus, ſed etiam in natura ſua ſicut docetur in 7. Methaphiſicæ, Ideo res naturæ eſt nomen primæ intentionis impoſitum ipſi ſuppoſito: ſed ſicut per actum intellectus ſuper naturam ipſam deſignatam per modum totius, efficiuntur nomina intentionalia, vt ſpecies, & genus; Ita ſuper rem naturæ inueniuntur nomina intentionum, puta ſuppoſitum, quod eſt nomen ſecundæ intentionis ipſius rei, inquantum per actum intellectus ſit prædicatio ſpeciei de re naturæ. Et ideo res naturę vocatur ſuppoſitum, cum prędicatum ſit ſuperius naturaliter, ipſo ſubiecto; Inquantum vero genus, & ſpecies dicuntur relatiue, Res naturæ dicitur partilculariter.

Nomina quæ ſignificāt particularia ſunt in duplici ſtatu.

Nominū autem ſignificantium particularia, Quædam ſunt cōmunia omni generi, ſicut Particulare, indiuiduum, ſingulare. Quædam ſunt in genere ſubſtantiæ tantum. Vt res naturę, ſuppoſitum, Ypoſtaſis, & perſona; cum igitur ratio ſubſtantiæ ſit per ſe exiſtere; nullum iſtorum nominum conueniet niſi rei complete, & exiſtenti. Et ideo nullum iſtorum dicitur de parte rei. Non enim manus eſt ſuppoſitum: nec corpus, quod eſt altera pars compoſiti eſt ſuppoſitum, vt de eo aliquid prædicetur habens rationem ſuperioris, nec etiam aliquid aliorum, aut ſignificat particulare in genere ſubſtantiæ. Talia n.habent relationem ad ſpeciem ipſam per ſe, & non per reductionē ad aliud; Ideo iſta non numerantur ad numerationem partium. Due n.manus non ſunt duo ſuppoſita, nec due Yppoſtraſes. Illa.n. quæ ſignificant particulare in quolibet genere, ſicut Indiuiduum, Particulare,

lare,& ſingulare, cum in quolibet ſit ſtare ad aliqua,quę non habent partes ſubiectiuas quod importat Indiuiduum, nō requirunt aliquid per ſe exiſtens de quo dicantur, cum poſſint dici de accidentibus. ideo de partibus prædicantur. Iſta enim nomina magis oppoſitionem quandam important ad ipſas ſpecies rerum quam conueniētiam: quod tamen in alijs reperitur. Indiuiduum enim dicit priuationem diuiſionis in partes ſubiectiuas. Quod tamen ſpeciei conuenit in generabilibus, & corruptibilibus. Particulare etiam opponitur vniuerſali. Iſta enim nomina, cum prædicentur de partibus, habent multiplicari ſicut partes. Due enim manus ſunt duo indiuidua, & duo ſingularia: Sed iſtud magis conuenit partibus accidentalibus, quæ non ſunt partes ſubiectiuæ, ad quas diuiſio ſtat in partes ſubiectiuas, quam in partibus multiplicetur de quibus dici non poteſt; ſecūdum quod indiuiduum dicit negationem talis diuiſionis, potius quā ſtatum eius; cum in tota re ſtat talis diuiſio. Inde eſt quod cum corpus non prędicetur ſecundum rem generis ſubiectam intentioni vniuerſalitatis de parte hominis, non numeratur in talibus partibus. Quia non ſunt duo ſuppoſita hominis. Si autem prædicetur de eis ſecundum quod diuiditur contra incorporeum, cum ſic ſe habeat, vt genus ſub differentia communi; Vere de eis prædicabitur; cui ſi addatur aliquid eorum quæ prædicantur de partibus multiplicabitur, vt particulare, ſingulare; vel aliquid huius, cum hæc ſit differentia vltima, cuius eſt multiplicari, & multiplicare ſuperiora in inferioribus, & ita multiplicabitur corpus in eis. Due namque partes ſunt duo corpora particularia, cum tamen abſolute non ſint duo corpora; vt corpus quod eſt genus in eis multiplicetur. Licet enim corpus acceptum pro vt diuiditur contra incorporeum non ſit genus. Vnde nec particulare poſſit eſſe differentia ipſum diuidēs. Tamen ſimilitudinem habet cum corporę ſub ratione generis cum differentia communi, in qua omnia vt vnum accipiuntur. Sicut namque omnes figure, eo quod figure ſunt diuiduntur contra infiguratum. Ita omnia corpora eo quod corpora ſunt, diuiduntur contra incorporeum. Et ſic omnia corpora ſub ratione vniuerſalis comprehēduntur, & ſunt vnum. Quæ quidem vnitas remouentur per additionem ſuppoſiti, cuiuſmodi eſt particulare. Particulare enim eſt oppoſitum vniuerſali; & hæc eſt ratio; quare cum additione particularis, multiplicatur corpus de eis dictum; cum non abſolute prædicetur de eis genus; cū non ſint ſuppoſita plura. Hoc autem eſt corpus condiuiſum accidenti, quod vnam rationem habet ad omnia corpora, vt dictum eſt. Corpus autem ſic dictum non realiter aliud eſt a corpore, quod eſt ſubiectum intentioni vniuerſalitatis; quod dicitur corpus genus, immo idem eſt ſecundum rem, & diuerſum ſecundum rationem. Cum

Quomodo Due partes ſunt duo corpora particularia.

cor-

corpus quod eſt ſubiectum intentioni vniuerſalitatis,ſit res incorporea. Vnde corpus ſic dictum prædicatur de corpore, quod eſt altera pars hominis. Corpus vero quod non eſt genus, prædicatur de corpore mortuo,omiſſa ratione partis; quia poteſt eſſe ſuppoſitum in genere ſubſtantiæ, cum ſit per ſe ſubſiſtens, quòd eſt proprium primæ ſubſtantiæ, vt dicitur in prædicamentis. Vnde iſta non ſunt duo corpora diuerſa numero; cum corpus quod eſt pars non ponat in numerum cum corpore abſolute,& ſine additione particularis;vt dictum eſt. Veruntamen corpus mortuum cum ſit per ſe exiſtens ſuſcipit rationem corporis ſecundum rationem generis; quod iam eſt verum ſuppoſitum,& res naturæ.Corpus tamen pars non ſuſcipit; quia non dicitur de eo corpus, quod eſt genus; ſicut nec dicitur de eo homo, vel animal: cum prædicatio generis de aliquo ſemper ſit per oppoſitionem quæ ſequitur formam rei.Corpus autem quod eſt pars non pertinet ad ſpeciem, vel genus niſi participatiue,& per reductionem ideſt,per naturam tocius, quod eſt genus; corpus vero vero mortuum abſolute in genere, & in ſpecie eſt. Impoſſibile eſt autem ab eadem forma ſpeciali alicui inferri eſſe abſolute, & participatiue, cum eſſe participatum ſit à toto parti communicatum. Eſſe vero abſolutum ſit tocius; cum nihil ſibi ſit totum, & pars. Neceſſario igitur per aliam formã erit corpus mortuũ corpus actu;quod eſt actus abſolutus, & corpus viuum quod eſt participatus. Vnde non poteſt concludi, quod corpus mortuum, & viuum, ſint diuerſa corpora. Quamuis neceſſarium ſit corpus,mortuum per aliam formam eſſe corpus in actu,quam per illam per quam erat corpus viuum corpus in actu. Si autem dicantur duo corpora particularia, ex hoc non ſequitur quod ſint duo corpora diuerſa. quia particulare non eſt differentia aliqua ſumpta a forma ſpecifica,quę realiter aliquid conſtituat,ſicut rationale: Nec propter hoc erunt vnum quid ſimpliciter ſed ſecundum quid tantum,ratione.ſ.materiæ communis, cum nihil de re priori ſit,niſi materia tantum. Sed cum hoc corpus mortuum ſit mixtum,habens certam proportionem miſcibilium, & certam formam conſequentem, quæ eſt forma mixti per quam efficitur ſub corpore mixto. Tamen cum totum hoc nos lateat. Quia nec forma nobis nota eſt,nec proportio ipſa. Per ſpeciem enim vnumquodque certificari habet. Nihil autem de iſto certius eſt,quam quod habet tres dimenſiones & plenam corporis naturã. Reliqua autem nobis incerta ſunt. Ideo ſpeciem eius ponimus corpus ſub ratione corporis. Quia hoc nobis de eo notius eſt. Licet in rerum natura ſuper differentias corporis aliquid reperiatur in eo ſpecialius. Illud enim pro ſpecie capiendum eſt, per quod res certius, & determinatius innoteſcit, vt dicitur in præ dicamentis: Si au-

Per ſpeciem vnũquodque certificari habet.

Illud enim pro ſpetie capiendum eſt, per quod res certius innoteſcit.

Quod per ſe non ſubſiſtit non habet rationem ſuppoſiti.

autem ſit aliquod corpus mortuum,quod non habeat rationem ſuppoſiti cum non ſubſiſtat per ſe,ſicut eſt de corpore Chriſti in Triduo, non videtur quod de illo corpore,corpus ſub rõne generis poſſit prędicari.cum per ſe eſſe non habeat;ſicut nec prius prædicabatur de illo viuo quando erat pars hominis.

Quod per ſe nõ ſubſiſtit nõ habet rationẽ ſuppoſiti.

Ad cuius intellectum,ſciendum eſt,quod res naturæ dicitur, quæ habet aliquam naturam,cui accidit ratio ſuppoſiti, inquantum.ſ.per ſe ſubſiſtit;quod ſemper fit qñ principia illius naturę conſtituunt ſuppoſitum ipſum:Si autem principia alicuius naturæ adinuicem coniũcta alicui per ſe exiſtenti adiungantur,rationem ſuppoſiti non habebunt;rem tamen naturæ ipſa conſtituent in ſuppoſito. Ideo in Chriſto non ſunt due res naturæ,ſed vna res duarum naturarum, quę tamen conſtituta eſt res naturæ humanæ per hanc naturam: ſed non eſt conſtituta ſuppoſitum,quod dicitur aliquid abſolutum per ſe ſubſiſtens per humanam naturam.Licet ergo idem ſit hoc ſuppoſitũ, & res naturæ humanæ,aliunde tamen eſt vtrunque. Res enim naturæ humanę eſt per principia naturæ humanæ,ſed ſuppoſitum non. Cũ igitur homo ſit res naturæ humanæ,per principia naturæ humanę. Ideò conſtituitur homo ille non per ſe exiſtens; Non tamen homo fuit aſſumptus, ſed natura in ſuis principijs,ex quibus inuicem coniunctis,ſuppoſitum illud per ſe exiſtens factum eſt homo. Et ideo Filius Dei naturam aſſumpſit,ſecũdum quam factus eſt homo. Et ideo ratio ſuppoſiti,homini illi conuenit. Ille enim homo fuit ab æterno. Illum igitur hominem ratione ſuppoſiti per ſe exiſtentis, quod homo ille factus eſt,per ſe exiſtere dicimus,non quod aliquid ex principijs naturæ humanæ,tantum conſtitutũ ſit per ſe, & ſeorſum a Verbo;ſed quia res naturæ humanæ,quę naturam humanam conſtituit, eſt ipſum ſuppoſitum Diuinum quod per ſe exiſtit. Vnde cum homo ille ſit ipſum ſuppoſitum per ſe exiſtit in genere ſubſtantiæ. Et ideo partes naturæ humanæ.ſ. corpus, & anima ad genus ſpectabunt per naturam totius quod per ſe eſt in genere.Patet ergo quod diuerſimode ſunt aliorum hominum partes in genere, & partes humanitatis Chriſti,Quia in alijs ex principijs proprię naturæ, eſt aliquid per ſe exiſtens,quod per ſe eſt in genere, & alia per ipſum per reductionẽ. In Chriſto autem per principia humanitatis non conſtituitur aliquid exiſtens per ſe,ſed ipſum ſuppoſitum Diuinum per ſe exiſtens perfecte,& complecte,factum eſt ſuppoſitum naturæ humanæ. Vnde res naturæ humanæ propter idemptitatẽ in ſuppoſito eſt per ſe exiſtẽs. Res enim naturæ humanæ in Chriſto non eſt pars illius ſuppoſiti cũ prædicetur de ſuppoſito ipſo,ſed eſt vt ipſum totum.Et ideo eſſe per ſe dicitur. Sunt igitur partes naturę humanę in Chriſto pertinentes ad genus,& ſpeciem per ipſam rem naturæ humanæ; quæ conſtituta eſt

In Chriſto nõ ſunt due res naturæ.Sed vna duarum naturarum.

Filius Dei naturam aſſumpſit ſecundum quam factus eſt homo.

Partes aliorũ hominum, & humanitatis Chriſti diuerſimode ſunt in genere.

Per principia humanitatis ĩ Chriſto non conſtituitur aliquid per ſe exiſtens.

ta eſt per principia naturæ humanæ vt dictum eſt. Ex quo manifeſtũ eſt, quod partes naturæ humanæ in Chriſto non reducuntur ad ſpeciem, vel ad genus per ſuppoſitum ipſum, cum ipſum non ſit in genere per ſe, ſed per rem naturæ vt eſt habens per ſe eſſe. Nec refert a quo habet eſſe per ſe aut a ſuis principijs, aut ab illo cui adiungitur. Cum hoc veraciter tenendum ſit; Principia per illud ad genus reduci, per quod illa conſtituuntur, & hoc ſemper eſt res illius naturę, cuius ſunt illa principia; Cui quidem rei, quandoque accidit ratio ſuppoſiti; quando ſ. habet per ſe eſſe. Quandoque vero non, quando ſ. alteri adiungitur, vt dictum eſt. Ex dictis ergo manifeſtum eſt. Quod corpus Chriſti mortuum licet per ſe nõ ſit ſicut corpora aliorum, eſt tamen res alicuius naturæ habentis ſua principia. Et ideo genus de eo prædicatur, cum idem ſit Verbum cum re illius naturæ, ratione cuius ydemptitatis per ſe eſſe dicitur. Ratio ſuppoſiti accidentaliter ſe habet ad principia naturæ ſibi inuicem coniuncta. Res vero naturæ eſſentialiter. Ideo ſemper vbi eſt res naturæ conſtituta, erit prædicatio generis & naturæ, & ſpecierum de re ſuæ naturæ: hęc Thomas ibidem.

Principia ad genus reducũtur per illud p quod illa conſtituuntur.

CAPVT IIII.

In iſto capite manifeſtatur quod natura humana in Chriſto non habuit propriam perſonalitatem humanam, preter ypoſtaſim Verbi Diuini.

QVare autem natura humana in Chriſto non retinuit propriam perſonalitatem humanam. Sciendum ſecundum Sanctum Thomã quæſtione de Incarnatione Verbi artic. 2. in Reſpõſione Principali dicit, quod nominum ad indiuiduationem pertinentium, ſiue ſint nomina primę impoſitionis, ſicut perſona, & ypoſtaſis, quæ ſignificant res ipſas; ſiue ſint nomina ſecundæ impoſitionis, ſicut Indiuiduum, ſuppoſitum, & huius, quæ ſigificant intentionem indiuidualitatis: quædam eorum pertinent ad ſolum genus ſubſtantię, ſicut ſuppoſitum, & ypoſtaſis, quæ de accidentibus non dicuntur, & perſona in rationali natura, & etiam res naturæ ſecundum acceptionem Hilarij. Quædam vero pertinent ad indiuiduationem in quocumq; genere, ſicut Indiuiduum, & Particulare, & ſingulare, quæ etiam in accidentibus dicuntur. Eſt autem ſubſtantię proprium vt per ſe, & in ſe ſubſiſtat. Accidentis autem eſt in alio eſſe. Et ideo illa nomina quę pertinent ad indiuiduationem ſubſtantiæ, in illis ſolum locum habẽt quæ per ſe, & in ſe ſubſiſtunt; & propter hoc etiam de partibus ſubſtantiarum nõ dicuntur, quia non ſunt in ipſis ſed in toto. Quamuis non ſint accidentia; de quibus tamen dici poſſunt nomina ad indiuiduationem.

Per ſe & in ſe ſubſiſtere, & ſubſtantiæ proprium: Accidẽtis vero in alio eſſe.

duationem pertinentia, communiter tam in ſubſtantijs quam in accidentibus. Non enim poteſt dici quod hæc manus ſit perſona, vel ypoſtaſis aut ſuppoſitũ, Quamuis dici poſſit quod ſit aliquid particulare, Singulare, vel indiuiduum. Manus enim & ſi pertineat ad genus ſubſtantiæ, quia tamen non eſt ſubſtantia completa in ſe ſubſiſtens, non dicitur ypoſtaſis, Suppoſitum, vel perſona. Sic igitur quia natura humana in Chriſto non per ſe ſeparatim ſubſiſtit ſed exiſtit in alio .i. in ypoſtaſi Verbi Dei, non quidem ſicut accidens in ſubiecto, neque proprie ſicut pars in toto, ſed per ineffabilem aſſumptionem, Ideo humana natura in Chriſto poteſt quidem dici indiuiduũ aliquod, vel particulare, vel ſingulare; non tamen poteſt dici ypoſtaſis, vel ſuppoſitum, ſicut nec perſona. Vnde relinquitur quod in Chriſto non eſt niſi vna ypoſtaſis, vel perſona, ſeu ſuppoſitum Verbi Dei, Ad rationem enim ſuppoſiti vel ypoſtaſis non ſufficit quod aliquid ſit particulare in genere ſubſtantię, ſed vlterius requiritur quod ſit perfectum, & in ſe ſubſiſtens. Vnde natura humana aſſumpta a Verbo Dei, inquantum eſt indiuidua, habet quod non poſſit eſſe in multis, & ſecundũ hoc dicitur incommunicabilis; ſed ex hoc quod eſt natura, habet quod ſit in aliquo ſuppoſito, & quandiu eſt Verbo vnita, quia non ſecundum ſe exiſtit, non habet proprium ſuppoſitum, vel ypoſtaſim, præter perſonam Verbi. Sed ſi ſepararetur a Verbo haberet non ſolum propriam ypoſtaſim aut ſuppoſitum, ſed etiam propriam perſonam, quia iam per ſe exiſteret; ſicut & pars corporis cõtinui quandiu eſt indiuiſa a toto, eſt in potentia non in actu: Sed ſolum facta diuiſione: Anima & corpus vnita conſtituunt ypoſtaſim vel ſuppoſitum, ſi per ſe exiſtat, quod ex vtroque cõponitur. eſſe agregatio propriorum accidentium ſufficienter probat indiuiduationem naturæ humanæ in Chriſto, non autem ratione ſuppoſiti, cum non per ſe exiſtat, hęc Sãctus Thomas, & 3. Sẽt. D. 9. art. 3. primæ quęſtionis, dicit ſic; In quibuſdam differunt natura, & ſuppoſitum, & perſona ſecundum rem: in quibuſdam vero ſecundum rationem tantum. Natura enim ſecundum quod hic loquimur eſt quidditas rei, quam ſignificat ſua diffinitio. Perſona autem eſt hoc aliquid, quod ſubſiſtit in natura illa. In ſimplicibus enim quæ carent materia, vt dicit Auicena, ipſum ſimplex eſt ſua quidditas. Quidditas vero compoſiti non eſt ipſũ compoſitum; Humanitas enim non eſt homo; cuius ratio eſt, quia in ſignificatione humanitatis, ſeu quidditatis, ſiue naturæ, continentur tantum eſſentialia principia hominis, ſecundum quæ eſt homo; non autem ea, quæ pertinent ad determinationem materiæ, per quam materia indiuiduatur; quę tamen continentur in ſignificatione Sortis; quia per ea Sortes eſt hic homo, & diuiſus ab aliis. Et ideo quia humanitas non includit in ſua ſignificatione totũ, quod eſt in re ſubſiſtente

Manus q̃a nõ eſt ſubſtantia cõpleta in ſe ſubſiſtens, nõ dicitur ypoſtaſis.

Natura humana in Chriſto non poteſt dici ſuppoſitũ.

Si humana nã ſepararetur a verbo haberet propriam perſonam.

Perſona eſt hoc aliquid.

ſiſtente in natura,non prędicatur de toto,cum ſit quaſi pars; & quia non ſubſiſtit,niſi quod eſt compoſitum, & pars a ſuo toto habetur; iō humanitas non ſubſiſtit:ſed ſortes, & ipſe eſt habens humanitatem; homo autem ſignificat vtrũque,& eſſentialia, & indiuiduãtia,ſed diuerſimode. Quia eſſentialia ſignificat determinate, indiuiduãtia vero indeterminate; vel hæc, vel illa. Et ideo homo cum ſit totum,poteſt prædicari de Sorte,& dicitur habens humanitatem: Sed quia omne indefinitum eſt incompleꝺum, quod eſt ens in potentia. Ideo homo non ſubſiſtit,ſed hic homo,cui conuenit ratio perſonæ. Eſt igitur ratio perſonæ quod ſit ſubſiſtens diſtinctum, & omnia comprehendẽs, quæ in re ſunt. Natura autem, eſſentialia tantum comprehendit: In ſimplicibus autem non differt re Natura,& Perſona: Quia natura nõ recipitur in aliqua materia per quam indiuiduetur,ſed eſt per ſe ſubſiſtens. Tamen inquantum conſideramus eſſentialia,ſic dicimus ibi naturã: Inquantum autem ibi inuenitur aliquid ſubſiſtens, dicimus ibi perſonam. Ex quo igitur de ratione perſonæ eſt quod comprehendat omnia,quæ in re ſunt,ſi aliquid eſt extra illud quod comprehendit ꝑſona, hoc non eſt vnitum rei; niſi per ſimilitudinem in genere vel ſpecie,vel accidente. Et ideo dicit Boetius libro de duabus naturis; Et vna perſona Chriſti;quod ſi non eſt vna perſona in Chriſto, nulla vnio facta eſt Diuinitatis,& Humanitatis,niſi ſecundum ſimilitudinẽ gratiæ,quod etiam Neſtorius poſuit: Et hoc non eſt nouum, neque Chriſto proprium,neque fieri per eum redemptio potuiſſet; nec ipſe eſſet verus Deus ſed per participationem,ſicut alij Sancti. Vnde ſimpliciter concedendum eſt in Chriſto eſſe vnam perſonã. Cum enim de rationę perſonę ſit;quod comprehendat omnia eſſentialia, & proprietates indiuiduantes ſimul coniunctorum, nõ ſequitur quod ſi ſint diuerſe proprietates,& nature,quod ſint diuerſæ perſone: Si enim eſſent nature cum ſuis proprietatibus ſeorſum poſite, vtrinque eſſet totalitas,quam requirit ratio perſonæ: non eſt autem niſi vna totalitas quando ſimul coniunguntur: Ideo eſt vna perſona, hæc D. Thomas. Et 3.p.q.2.art.9.ad primum dicendum,dicit ſic: In puris hominibus ex vnione aĩæ ad corpus conſtituitur ꝑſona,in quib. hoc accidit. Quia anima, & corpus ſic in eis coniunguntur,vt per ſe exiſtant; Sed in Chriſto vniuntur adinuicem,vt adiũcta alteri principaliori; quod ſubſiſtit in natura ex eis compoſita; & propter hoc ex vnione animæ, & corporis in Chriſto non conſtituitur vna ypoſtaſis ſeu perſona,ſed aduenit ipſum coniunctum perſonæ, ſiue yposſtaſi prius exiſtenti. Nec propter hoc ſequitur quod ſit minoris efficaciæ vnio animæ,& corporis in Chriſto,quam in nobis;quia ipſa coniunctio ad nobilius non adimit virtutem aut dignitatem,ſed auget; Sicut anima ſenſitiua in animalibus conſtituit ſpeciem. Quia conſideratur vt vltima forma, non

Homo nõ ſubſiſtit. ſed hic homo.

In ſimplicibus non differt re natura,& perſona.

Vna tantum perſona eſt in Chriſto.

De ratione perſonæ eſt,ꝙ comprehẽdat omnia eſſentialia, & proprietates indiuiduantes.

Vni in Chriſto animæ, & corporis caret propria perſonalitate. Sed pro ſua habet Diuinam.

autem

autem in hominibus. Quamuis in eis ſit nobilior,& virtuoſior,& hoc per adiunctionē vlterioris,& nobilioris,& perfectionis animæ rationalis. Vnde nature humane aſſumpte a Verbo Dei; non defuit propria perſonalitas propter defectum alicuius: quod ad perfectionem humanæ naturæ pertineat. Sed propter additionem alicuius, quod eſt ſupra humanam naturam; quod eſt vnio ad Diuinam perſonam. Si.n. humana natura non fuiſſet aſſumpta a Diuina perſona, natura humana propriam perſonalitatem haberet. hęc D. Thomas.

Si natura humana nō fuiſſet aſſumpta a Verbo haberet ſuam propriā perſonalitatē.

CAPVT V.

In hoc capite oſtenditur, quod in corpore Chriſti fuit aliqua ratio congruentię, & neceſſitatis ad hoc, quod vniretur Verbo Dei perſonaliter.

QVomodo autem Verbum Dei remanſerit vnitum perſonaliter corpori Chriſti mortuo in triduo paſſionis eius. Sciendum quod quamuis in incarnatione Verbi Dei maxime oporteat attendere ordinem, qui eſt ex parte agentis. Quia vt dicit Aug. in epiſtola ad Voluſianum. In talibus rebus tota ratio facti eſt potentia facientis. Eſt tamen conſideranda ex parte aſſumpti aliqua ratio congruentiæ quantum ad vnionem perſonalem. Vnde Sanctus Tho. 3. par. q. 4. art. 1. in reſpōſione principali dicit ſic. Aſſumptibile dicitur aliquid, quaſi aptum aſſumi à Diuina perſona, quæ quidem aptitudo, non poteſt intelligi ſecundum potentiam paſſiuam naturalem; quæ non ſe extendit ad id quod tranſcendit ordinem naturalem; quem tranſcendit vnio perſonalis creaturæ ad Deum. Vnde relinquitur, quod aſſumptibile dicatur aliquid ſecundum congruentiam ad vnionem prædictam. Quæ quidem congruentia attenditur ſecundum duo in humana natura, ſ. ſecū dum eius dignitatem, & neceſſitatem. Secundum dignitatem quidē. Quia humana natura inquantum eſt rationalis, & intellectualis, nata eſt attingere aliqualiter ipſum Verbum per ſuam operationem. ſ. cognoſcendo, & amando ipſum. Secundum neceſſitatem autem; Quia indigebat reparatione; cum ſubiaceret originali peccato: hæc autem duo, ſoli nature humane conueniunt. Nam creature irrationali deeſt congruitas dignitatis, ideo non eſt aſſumptibilis non ad ſubtraendum aliquid Diuinę potentię, ſed ad oſtendendendum conditionem naturæ irrationalis, quæ ad hoc aptitudinem non habet. Nature etiam Angelice deeſt congruitas neceſſitatis; Quia & ſi natura Angelica in aliquibus peccato ſubiaceat; eſt tamen eius peccatum irremediabile. Vnde relinquitur, quod ſola natura humana ſit aſſumptibilis. hæc Thomas. Circa cuius aſſumptibilitatem videnda ſunt tria.

Tota ratio facti, eſt potentia facientis.

Aliquid dicitur aſſumptile ſecundum cōgruentiam, q̄ attenditur ſecundum duo.

Natura humana nata eſt attingere Verbū aliqualiter.

Natura irrationalis non hēt congruentiā dignitati.

Natura Angelica non hēt congruētiam neceſſitatis.

Circa aſſumptibilitatē humanæ naturæ tria vidēda ſūt.

Primo an per modum vnionis in perſona vna corpus Deo coniungi poſſit.

Secundo an in triduo mortis Chriſti fuerit ſeparata perſonalitas Verbi a corpore Chriſti mortuo.

Tertio, an fuerit idem homo in triduo.

Maior eſt gratia vnionis perſonalis, quam gratia fruitionis.

Corpus poteſt coniungi Diuinitati p vnionem perſonalem, & nõ per fruitionem æternalem.

Per fruitionẽ corpus nullo modo Deo vniri poteſt.

In corpore Chriſti eſt ſimilitudo veſtigij, & imaginis.

Quantum ad Primum. Sciendum eſt quod quamuis maior ſit gratia vnionis perſonalis, quam gratia fruitionis: Poteſt tamen corpus coniungi Diuinati per vnionem perſonalem, & non per fruitionem æternalem; Cuius rationem aſſignat Sanctus Tho. 3. ſen. D.29. p.art. 3. ad tertium argumentum dicens ſic. Cõiunctio animæ ad Deũ per fruitionem conſiſtit in operatione intellectus, & voluntatis, in qua corpus nullo modo communicat, quia exercetur talis operatio ſine organo corporali, vt tertio de anima probatur. Et ideo per fruitionem nullo modo corpus Deo vniri poteſt. Sed coniunctio vnionis eſt ad eſſe in perſona vna, corpus autem, & anima in vno eſſe communicant: quia anima eſt quod quid erat eſſe huius corporis, vt in ſecundo de anima dicitur. Et ideo per modum vnionis in perſoaa vna, corpus, Deo cõiungi poteſt. hæc Thomas. Alia ratio eſt, quia in corpore Chriſti non ſolum eſt ſimilitudo veſtigij, ſed etiam ſimilitudo imaginis: propter quam Diuinitas Verbi perſonaliter vnita eſt corpori. Vnde S. Tho. vbi ſupra ad 2. Arg. dicit ſic. Similitudo attenditur ſecundum formam, corporis autem humani forma, eſt anima rationalis in qua imago Dei conſiſtit, & ideo in corpore humano non tantum eſt ſimilitudo veſtigij, ſed ſimilitudo imaginis, inquantum animam habet. Non enim humanum corpus habet eſſe quodam diſtinctum ab eſſe quod dat ſibi anima; quaſi ab alia forma per quam ſit in eo ſimilitudo veſtigij tantum, ſicut in corporibus inanimatis, Quia ſic anima eſſet ens in ſubiecto, ſecundum quod ſubiectum nominat ens ſubſiſtens in actu. Quod ad rationem accidentis pertinet ut in ſecundo de anima commentator dicit. hæc Thomas. Anima autem eſt mediũ congruentiæ, & neceſſitatis, quo corpus Diuinitati perſonaliter vnitur. Vnde S. Thom. 3. ſent. D. 2. q. 2. art. 1. in reſponſione principali dicit ſic. Sciendum quod ſi anima comparetur ad vnionem in actu, eſt medium cõgruentiæ. Non enim decet vt Diuinitas corpori vniatur niſi animam habeat. Tum quia anima eſt Deo propinquior: Tũ quia pluribus modis eſt Deo vnibilis quam corpus. Quia etiam per gratiam & gloriã: Tum etiam quia corpori vnitur propter reparationem animæ. Si vero comparetur ad vnibilitatem, ſic eſt medium neceſſitatis ſicut cauſans formaliter vnibilitatem in corpore. Non enim corpus eſt vnibile ſeruato ordine ad finem vnionis; ſecundum quod creatura rationalis aſſumptibilis pre alijs dicta eſt; niſi per hoc quod eſt particeps imaginis Dei mediante anima. Vnde corpora inanimata vnibilia non ſunt. Quia ſi tollatur medium, quod eſt cauſa coniunctionis in actu, neceſſe eſt vnita diſſolui; Sicut ſubtracto amore, hominum corda, vlte

Anima eſt medium congruentiæ, & neceſſitatis, quo corpus perſonaliter vnitur Diuinitati.

Diuinitas vnitur corpori propter reparationem animæ.

rus

rius vnita non erunt. Semper enim ablata cauſa auſertur effectus, ſub tracto tamen medio congruentiæ, quod ad decentiam vnionis faciebat, non eſt neceſſarium vnita diſſolui. Similiter etiam non eſt neceſſarium vt ſi tollatur medium, quod eſt cauſa cōiungibilitatis, quod vnio diſſoluatur. Poteſt enim eſſe vt cauſet coniungibilitatem etiam poſtquam abſceſſerit, dummodo remaneat ordo, & potentialitas ad ipsū; quia forte coniunctio actu, illius medij, non eſt cauſa coiungibilitatis ad extremum, ſed potius coniugibilitatis medij; ſicut actualis conſideratio principiorum, eſt medium quo habitus concluſionum acquiritur; Non tamen tranſeunte actuali conſideratione principiorum; trāſit habitus concluſionis eorum, ſed adhuc manet habilitas ad conſiderandum principia. Vnde cum anima ſit medium congruentiæ, & cauſans vnibilitatem in corpore, non oportet quod abſcedente anima, coniunctio Diuinitatis ad carnem dirimatur, quia adhuc remanet in corpore habilitas, & ordo ad animam, ratione cuius remanet in carne conuenientia vnionis, & vnibilitas ad Diuinitatem, hæc Thomas, & 3. parte. q. 5. art. 1. ad tertium argumentum, dicit ſic. Nihil prohibet aliquid eſſe cauſam alicuius quantum ad aptitudinem, & congruitatē, quo tamen remoto, illud non tollitur. Quia, & ſi fieri alicuius, dependeat ex aliquo; poſtquam tamen eſt in facto eſſe, ab eo non dependet; Sicut ſi inter aliquos amicitia cauſatur, aliquo mediante, eo recedente, adhuc amicitia remanet; vt ſi aliqua in matrimonium ducitur propter pulchritudinem, quæ facit congruitatem in muliere ad copulam coniugalem; tamen pulchritudine ceſſante, adhuc durat copula coniugalis. Et ſimiliter ſeparata anima, adhuc remanet vnio Verbi ad carnem. hæc Thom. Sic ergo patet quod Diuinitas Verbi fortiori vinculo vnitur carni; quia per gratiam increatam, quæ immutabilis eſt. Et ſic illa vnio nunquàm diſſoluitur; quia anima quæ vnitur carni naturali vnione, propter quod ſeparabilis eſt. Corpus enim non eſt aſſumptibile à Verbo, per naturam, ſed inquantum eſt perfectum anima rationali, quę eſt forma eius. Et ſic eſt medium formaliter in ipſo vnibilitatem cauſans.

Actualiter cōſideratio principiorum, eſt medium quo acquiratur habitus concluſionum.

Quod eſt cauſa alicuius q̃ ſit, etſi tollat̃ cauſa, adhuc remanet effectus.

CAPVT VI.

In iſto capite oſtenditur quod in triduo mortis Chriſti non fuit diſſoluta vnio perſonalis Verbi Dei à corpore Chriſti.

ET quià illa quæ ſunt humanæ naturæ nō dicūtur de Filio Dei niſi ratione vnionis perſonalis, cum de Filio Dei dicatur, id, quod conuenit corpori Chriſti mortuo. ſ. eſſe ſepultum. Sicut patet in Simbolo fidei; vbi dicitur. Quod Filius Dei conceptus eſt, & natus ex Virgine;

gine, Paſſus, Crucifixus, Mortuus, & Sepultus. Videtur indubitanter tenendum, quod corpus Chriſti non fuit ſeparatum in morte a Diuinitate ipſius. Vnde Leo Papa dicit in quodam ſermone, tāta fuit vnio Dei, & hominis, vt nec ſupplicio poſſet dirimi, nec morte diſtingui. Supplicium autem pati, & mortem, eſt corporis; propterea in morte Chriſti non eſt dirupta vnio perſonalis Verbi Dei a corpore Chriſti. Vnde S. Tho. 3. parte q. 50. art. 2. in Reſp. Principali dicit ſic. Id quod per gratiam Dei conceditur, nunquam abſque culpa reuocatur. Vnde dicitur ad Romanos 10. Quod ſine pęnitentia ſunt dona Dei, & vocatio. Multo autem maior eſt gratia vnionis per quam Diuinitas eſt vnita carni in perſona, quam gratia adoptionis qua aliqui ſanctificantur, & etiam magis permanens ex ſui ratione, ſed gratia adoptionis nunquam perditur ſine culpa. Cum ergo in Chriſto nullum peccatū fuerit, impoſſibile fuit quod ſolueretur vnio Diuinitatis Chriſti a carne ipſius. Et ideo ſicut ante mortem caro Chriſti vnita fuit ſecundū perſonam, & ypoſtaſim Verbo Dei: Ita etiam remāſit vnita poſt mortem, vt dicit Damaſcenus 3. libro. Quamuis autem Dominus in cruce pendens, clamauerit, Deus meus, vt quid dereliquiſti me: Mat. 27. cap. Tamen derelictio illa non eſt referenda ad vnionis perſonalis ſolutionem, ſed ad hoc, ꝙ Deus Pater, cū expoſuit paſſioni. Vnde derelinquere, non eſt aliud ibi, quam non protegere a perſequentibus. Vel dicit ſe derelictum, quantum ad illam orationem qua dixerat. Pater ſi fieri poteſt, trāsfer calicem iſtum a me; vt Auguſtinus exponit in libro de gratia noui teſtamenti. Hæc Thomas. Eandem ſententiam confirmat 3. Sententiarum D. 21. q. 1. art. 1. in Reſp. Principali, vbi dicit ſic. Corpus Chriſti in morte non fuit ſeparatum a Diuinitate. Cuius ratio ex tribus poteſt accipi. Primo ex parte Dei; quia cum ipſe ſit immutabilis: ei quod ſibi perfecte coniunctum eſt immutabilitatem præſtat, vt ſ. immutabiliter ei adhereat. Secundo ex parte ipſius aſſumpti quia per mortem, quam per Patris obedientiam ſuſtinuit, non debuit ſuam dignitatē amittere; ſed magis debuit glorificari. Tertio ex fine aſſumptionis, quia ea quæ poſt mortem ipſius circa ipſum acta ſunt, ſalutaria nobis non fuiſſent, niſi Diuinitas adiuncta eſſet. Et in reſponſionibus ad argumenta dicit ſic. Anima quantum ad vnibilitatem corporis eſt medium neceſſitatis; Quia corpus non eſſet vnibile, niſi inquantum animatum, ſed quantum ad vnionem in actu eſt medium congruentiæ: quo remoto non neceſſario vnio tollitur, vt dictū eſt. Et ideo quia ſeparata anima a corpore adhuc remanſit ordo ad animam, etiam remanſit vnibile, & vnitum: Et quamuis ſeparata anima a corpore, eſſet actu inſenſibile, tamen hoc habebat ſuper alia corpora, quod inerat ei ordo ad animam humanam. Corpus autem humanum non eſt ſuſceptiuum gratiæ habitualis. Quia illa ordinat ad

Corpus Chriſti ī morte nō fuit ſeparatū a Diuinitate.

Quod per gratiam Dei conceditur, nunquam abſque culpa reuocatur.

Derelinquere, nō eſt, niſi nō protegere.

Quod corpus Chriſti nō fuit ſeparatū a Diuinitate ī morte, tripliciter conſtare videtur.

Corpus nō eſt vnibile niſi prout eſt animatum.

actus ſpirituales,qui non poſſunt corpori communicari, quæ quidẽ gratia, eſt medium congruentiæ ad vnionem ex parte animæ: ſed gratia vnionis,quæ eſt ipſa vnio gratis facta poteſt eſſe in corpore, quia iſta gratia ordinat ad eſſe in perſona Diuina,cuius particeps eſt corpus, ſicut & anima. Ideo corpus poteſt remanere vnitum ſeparata anima:in quo etiam remanet aliquis ordo ad gloriam; ex eo quod fuit inſtrumentum animę habentis gratiam: vt ſic etiam habitualis gratia quodammodo in corpus redundet.hæc Thomas.

Corpus ab aĩa ſeparatum,remanet Diuinitati vnitum, ĩ quo etiam remanet aliquis ordo ad gloriam.

CAPVT VII.

In iſto capite oſtenditur quomodo fuit idem numero corpus Chriſti mortuum in Triduo paſſionis eius.

QVia vero remota forma partis,remouetur forma totius, quæ reſultat ex compoſitione formæ cum materia. In triduo autẽ mortis Chriſti fuit anima ſeparata a corpore eius;ideo deſijt eſſe humanitas;& ita videtur quod non fuerit idem numero homo in triduo mortis eius.Ad huius euidentiam ſciendum ſecundum ſanctum Thom.2.Quodli.q.1.art.1.in Reſp.principali.In Chriſto fuerũt tres ſubſtantiæ vnite,ſ.corpus,Anima,& Diuinitas;ſed corpus,& anima fuerunt vnita,non ſolum in vnam perſonam,ſed etiam in vnam naturam: Diuinitas autem in natura quidem non potuit vniri nec anime nec corpori.Quia cum ſit perfectiſſima natura, non poteſt eſſe pars alicuius naturæ;ſed fuit vnita,& anime,& corpori ĩ perſona.In morte autẽ ſeparata fuit anima a corpore, alioquin non fuiſſet vera mors Chriſti,de cuius ratione eſt,quod ſeparetur anima a corpore, quod per animam viuificatur:ſed Diuinitas non fuit ſeparata nec ab anima, nec a corpore,quod patet ex ſimbolo fidei, in quo de filio dicitur, quod ſepultus eſt,& deſcendit ad inferos.Corpore autem iacente in ſepulcro,& anima ad inferos deſcendente non attribuerentur iſta Filio Dei,niſi hæc duo eſſent ei copulata in vnitate yposṫaſis,vel perſonæ.Et ideo de Chriſto in triduo mortis dupliciter loqui poſſumus,vno modo quantum ad ypoſtaſim vel perſonam, & ſic eſt idem numero ſimpliciter qui fuit.Alio modo quantum ad humanam naturam,& hoc dupliciter.Vno modo quantum ad totam naturam quę humanitas dicitur, & ſic Chriſtus non fuit homo in triduo mortis. Vnde nec idem homo, nec alius homo, ſed eadẽ ypoſtaſis. Alio modo quantum ad partem naturæ humanæ: & ſic anima quidem fuit omnino eadem numero, eo quod non eſt tranſmutata ſecundum ſubſtantiam.Corpus vero fuit idem numero ſecundum materiam, ſed non ſecundum formam ſubſtantialem,quæ eſt anima. Vnde nõ

In Chriſto fuerunt tres ſubſtantie vnite, corpus,anima & Diuinitas. Diuinitas vnita fuit anime, & corpori in perſona.

Dupliciter de Chriſto in triduo mortis loqui poſſumus.

Chriſtus in triduo mortis nõ fuit homo.

poteſt dici quod ſimpliciter fuerit idem numero, quia quælibet differentia ſubſtantialis excludit idem ſimpliciter. Animatum autē eſt differentia ſubſtantialis. Et ideo non eſt corrumpi, & non alterari tātum. Nec iterum poteſt dici quod ſit ſimpliciter non idem, vel aliud; Quia non eſt ſecundum totam ſubſtantiam idem, vel aliud. Dicendū eſt ergo, quod ſecundum quid, eſt idem, & ſecundum, quid non eſt idem, ſecundum enim materiam eſt idem, ſecundum vero formam non idem. Homo eſt nomen naturæ. Filius eſt nomen ypoſtaſis. Et iō magis in triduo mortis, Chriſtus poteſt dici filius hominis quam homo. hæc Thom. Hoc idem declarāt tertiā parte q. 9. artic. 9. in Reſp. principali dicens ſic. Hoc quod dico, ſimpliciter; poteſt dupliciter accipi. Vno modo vt dicatur ſimpliciter vnum, quod eſt abſolute vnū, ſicut ſimpliciter dicitur quod nullo addito dicitur, vt Philoſophus dicit, Et hoc modo corpus Chriſti viuum, & mortuum ſimpliciter fuit idē numero. Dicitur. n. eſſe idem numero. ſimpliciter, qđ eſt ſuppoſito idem. Corpus autem Chriſti viuum, & mortuum, fuit ſuppoſito idem. Quia non habuit aliam ypoſtaſim viuum, & mortuū, pręter ypoſtaſim Verbi Dei, vt ſupra dictum eſt, & hoc modo loquitur Athanaſius in epiſtola ad Epitetum. Circuncifio corpore, & potato, & māducante, & laborante in ligno affixo, erat impaſſibile, & incorporeū Dei Verbum, & in ſepulcro poſitum. Alio modo eſt ſimpliciter idē: quod omnino vel totaliter, & ſic corpus Chriſti viuum, & mortuum non fuit ſimpliciter idem numero. Quia non fuit totaliter idem; cū vita ſit aliquid de eſſentia corporis viuentis. Eſt enim prædicatum eſſentiale non accidentale. Vnde conſequens eſt, quod corpus, quod deſinit eſſe viuum, non totaliter remaneat idem. Si autem diceretur qđ corpus mortuum totaliter idem remaneret, ſequeretur quod non eſſet corruptū; corruptione dico, mortis, quod eſt hæreſis Galanitarū, vt dicit Iſidorus, & habetur in decretis 24. q. 3. Et Damaſcenus dicit in 3. libro. Quod corruptionis nomen duo ſignificat. Primo ſeparationem animæ a corpore, & alia huius. Secundo perfectam diſſolutionem in elementa. Incorruptibile igitur dicitur corpus Domini ſecundum Iulianum, & Galanum: ſecundum primum corruptionis modum ante reſurrectionem, quod eſt impium; quia corpus Chriſti non eſſet conſubſtantiale nobis; nec in veritate mortuum eſſet; nec ſecundum veritatem ſaluati eſſemus. Secundo autem modo corpus Chriſti fuit incorruptum; corpus mortuum cuiuſcunque alterius hominis, non remanet vnitum alicui ypoſtaſi permanenti, ſicut corpus Chriſti mortuum. Et ideo corpus mortuum cuiuſcunque alterius hominis mortui, non eſt idem ſimpliciter. ſed ſecundum quid, quia eſt idem ſecundum materiam, non autem idem ſecūdum formam. Corpus autem Chriſti remanet idem ſimpliciter propter ydemptitatem

Chriſtus in triduo mortis magis poteſt dici filius hominis quam homo.

Corpus quod deſinit eſſe viuum non totaliter remanet idem.

Corruptio, duo ſignificat. Iuliani, & Galani de corpore Chriſti opinio Impia.

Quomodo corpus Chriſti fuit incorruptum.

Corpus Chriſti ſemper fuit idem.

ſuppoſiti.

ſuppoſiti. Idem enim numero dicitur aliquid ſecundum ſuppoſitum. Idem autem ſpecie eſt ſecundum formam. Vbicunque igitur ſuppoſitum ſubſiſtit in vna natura ſola, oportet quod ſublata vnitate ſpeciei, auferatur vnitas numeralis. Sed ypoſtaſis Verbi Dei ſubſiſtit in duabus naturis. Et ideo quamuis non remaneat corpus idem ſecundum ſpeciem humanæ naturæ, remanet tamen idem numero ſecundum ſuppoſitum Verbi Dei. Non tamen corruptio, & mors competunt Chriſto ratione ſuppoſiti, ſecundum quod attenditur vnitas, ſed ratione naturæ; ſecundum quam inuenitur differentia mortis, & vitæ. hæc S. Tho.

Corruptio, & mors non cōpetūt Chriſto ratione ſuppoſiti, ſed naturæ.

CAPVT VIII.

In hoc capite oſtenditur. Quod Filius Dei aſſumpſit animam rationalem in myſterio incarnationis eius.

SEcundo dubitatur. Vnde habet anima Chriſti quod in eodem triduo perſonaliter ſibi vnitum fuerit Verbum Diuinum. Pro huius conſideratione inueſtiganda ſunt tria. Primo, an Filius Dei aſſumpſerit animam rationalem in myſterio incarnationis. Secundo an anima Chriſti prius fuerit aſſumpta a verbo quam caro. Tertio an in morte Chriſti fuerit ſeparatio Diuinitatis ab anima. Quantum ad primum; Sciendum quod Filius Dei aſſumpſit animam. Curauit enim naturam humanam per hoc quod eam aſſumpſit; cum autem venerit principaliter ad curandam animam, ideo animam aſſumere debuit. Nam ſua morte deleuit peccata noſtra. Mors autem corporalis non eſt niſi per ſeparationem a principio vitæ. Vnde ſi in Chriſto non fuiſſet aliud principium vitæ quam ipſa Deitas, cum caro a Deitate non ſit ſeparata, vt oſtenſum eſt, nunquam Chriſtus mortuus fuiſſet, quod expreſſe ſcripture contradicit. Dicit enim Auguſtinus libro de Agone chriſtiano. Non eos audiamus; qui ſolum corpus dicunt eſſe ſuſceptum a Verbo Dei, & ſic audiunt quod dictum eſt, Verbum caro factum eſt vt negent illum hominem, vel animam, vel aliquid homini habuiſſe; niſi ſolam carnem: hæc Auguſtinus, caro enim & cætere partes hominis per animam, ſpeciem ſorciuntur. vnde recedente anima, non eſt os, aut caro, niſi æquiuoce, vt patet per Philoſophum in 2. de anima. Et ſic eſt neceſſarium dicere, quod in Chriſto fuerit natura, quæ conſtituitur per animam corpori aduenientem. Vnde S. Tho. 3. ſent. d. 2. q. pri. ar. 5. in R. 2. quæſtiunculæ dicit ſic Non enim poteſt eſſe, vt materia in aliquo eſſe perficiatur, niſi per aliquid quod ſit forma eius. Vnde cum Deus nullo modo forma corporis eſſe poſ-

In Chriſto fuit aliud principium vitę q̄ Deitas.

Caro nunquā ſeparata fuit à Diuinitate.

Deus nullo modo pōt eſſe forma corporis.

ſit; quia oporteret eum eſſe partem, & non immaterialiſſimum, ſequeretur quod corpus Chriſti, ſi omnino careret anima, eſſet ſicut corpus non viuum; & ſi careret anima ſenſibili, & rationali, eſſet ſicut corpus plantæ. Vnde eſſet multo minus nobile quam corpus noſtrum. Similiter etiam cum de ratione hominis ſit animam rationalem habere; ſi Chriſtus ea caruiſſet, verus homo non fuiſſet. Propter quod Auguſtinus libro de eccleſiaſticis dogmatibus dicit. Natus eſt Dei Filius ex homine, non per hominem, id eſt per viri coitum: ſicut Ebyon dicit, ſed carnem de Virgine trahens, non de cælo afferens. Sicut Marcus affirmat; neq; in fantaſia ſine carne vt Valentinus dicebat, ſed verum corpus: non tantum carnem ex carne, vt Marcianus dicebat; ſed verus Deus, & verus homo in Diuinitate Verbum patris, & Deus in homine; anima & caro, non ſine ſenſu & ratione; vt Apollinaris poſuit; neq; caro abſq; anima, vt Eunomius. Neq; ſic natus de Virgine vt ante quam de Virgine naſceretur, Deus non fuerit. Sicut Aymon, & Marcelus dixerunt. hæc ibi. Ad hoc enim quod corpus viuificetur requiritur quod ſibi iungatur principium vitæ per modum formæ, vt ex eis efficiatur vna natura communis. Deitas autem, forma corporis eſſe non poteſt, Non enim ex Deitate & carne, vna natura communis reſultat. Ideo ad hoc quod corpus Chriſti viuum eſſe poſſit, requiritur anima; quæ ſit forma eius. Et ſicut in 2. de Anima dicitur. Illud quo aliquid operatur primo, eſt forma eius. Vnde cum intellectus Dei non poſſit eſſe forma in humanitate Chriſti, oportet quod illud quo homo ſentit, & intelligit, ſit anima ſenſitiua, & intellectiua, hæc Tho. Cum enim corpus proportionetur animæ, ſicut materia propriæ, formæ, non eſt vera caro humana, quæ non eſt perfecta ab anima humana ſcilicet rationali.

Ebionis error. Valētini error. Marciani error. Apollinaris error. Eunomij error. Aymonis, & Marceli error. Corpus Chriſti ſine anima non poteſt eſſe viuum.

CAPVT IX.

In iſto capite oſtenditur quod anima ſimul cum carne, aſſumpta fuerit a Dei Verbo.

SIcut anima eſt pars naturæ humanæ, ita & corpus. Forma autem actu dat ſpeciem. Materia vero, quantum eſt de ſe, eſt in potentia ad ſpeciem. Vnde contra rationem formæ eſt, quod præexiſtat nature ſpeciei, quæ perficitur per vnionem eius ad materiam: Non autem eſt contra naturam materię, quod præexiſtat nature ſpeciei. Vnde S. Tho. 3. par. q. 6. ar. 4. in. R. Principali dicit ſic. Caro humana eſt aſſumptibilis a Verbo, ſecundum ordinem, quem habet ad animam rationalem; ſicut ad propriam formam;

Caro eſt aſſūptibilis a Verbo, pro vt ordinatur ad animam rationalem.

hunc

hunc autem ordinem non habet antequam anima rationalis ei aduenìat. Quia ſimul dum aliqua materia fit propria alicuius formæ, recipit illam formam. Vnde in eodem inſtanti terminatur alteratio, in quo introducitur forma ſubſtantialis, & inde eſt: quod caro non ante debuit aſſumi quam eſſet caro humana; quod factum eſt anima rationali adueniente. Sic igitur anima non eſt prius aſſumpta quam caro; Quia contra naturam animæ eſt vt prius ſit, quam corpori vniatur. Etiam caro non debuit prius aſſumi quam anima; quia non eſt prius caro humana quam habeat animam rationalem. Caro enim humana ſortitur eſſe per animam: & ideo ante aduentum animæ nō eſt caro humana, ſed poteſt eſſe diſpoſita ad animam humanam. Anima Chriſti eſt eiuſdem naturæ cum noſtris, quæ ſimul dum creantur corporibus infunduntur.] Vnde Leo papa in epiſtola ad Voluſianum dicit, quod non alterius naturæ erat caro eius quam noſtra; nec alia illi, quam cęteris hominibus, anima eſt inſpirata a principio. Et Damaſcenus libro 3. dicit ſic. Non vt quidam mentiuntur ante eam; quæ ex Virgine incarnationem: Intellectus eſt vnitus Deo Verbo, & ex tunc vocatus eſt Deus; ſed ſimul Dei caro Verbi, ſimul animati rationalis, & intellectualis; Tamen Verbum Dei per prius intelligitur vnitum carni, quam anima, per modum communem, quo eſt in cęteris creaturis per eſſentiam, pręſentiam, & potentiam; prius tamen dico, non tempore, ſed natura Prius enim intelligitur caro, vt quodam ens, quod habet a Verbo, quam vt animata, quod habet ab anima; ſed vnione perſonali prius ſecundum intellectum oportet quod caro vniatur anime, quam Verbum; quia ex vnione ad animam, habet quod ſit vnibilis Verbo in perſona; preſertim quia perſona non inuenitur, niſi in rationali natura.

Caro non debuit aſſumi ante quā eſſet caro humana.

Caro non dicitur humana niſi p vnionem animæ.

Anima Chriſti eſt eiuſdē naturę cū noſtris.

CAPVT X.

In iſto capite manifeſtatur quod anima Chriſti non fuit ſeparata ab ypoſtaſi Verbi Dei, in triduo mortis eius.

CVmq; maior ſit coniunctio animę ad Deum per vnionē in perſona, quam quæ eſt per fruitionem. Anima vero coniuncta Deo per fruitionem, nunquam fuit ab ipſo ſeparata; propterea, multo minus coniuncta ei per vnionem in perſona. Vnde in Symbolo dicitur Filius Dei deſcendiſe ad inferos; quod quidem ei non conueniebat niſi ratione animæ: Ideo Filius Dei poſt mortem habuit animam ſibi perſonaliter vnitam: Vnde Damaſcenus l. 3. dicit. Quod ſi Chriſtus mortuus eſt vt homo, & ſancta eius anima ab incontaminato diuiſa eſt corpore: tamē Deitas inſeparabilis ab vtriſq;

Coniunctio animæ ad Deū per vnionem perſonę eſt maior quā per fruitionē.

Deitas nūquā fuit ſeparata ab anima, & corpore.

per-

permanſit, ab anima, dico, & corpore. Quod declarat S. Thomas 3. parte q. 50. art. 3. in R. principali, dicens sic. Anima vnita eſt Verbo Dei immediate, & per prius quam corpus; cum corpus ſit vnitum Verbo Dei mediante anima. Cũ ergo Verbum Dei non ſit ſeparatum in morte a corpore, multo minus ſeparatum eſt ab anima. Vnde ſicut de Filio Dei prædicatur id quod corpori conuenit ab anima ſeparato; vt eſſe ſepultum; ita de eo dicitur in Symbolo, quod Deſcendit ad in inferos. hæc S. Tho. Eandem ſententiam ponit 3. ſent. d. 21. q. p. art. p. quæ. 2. in Reſp. Principali. Ex parte enim Filij Dei, eſt vna tantum vnio Diuinitatis ad corpus Chriſti, & Diuinitatis ad animam Chriſti; cum anima, & corpus non ſint due complete ypoſtaſes, ſed duo ſingularia vnita vni ypoſtaſi Filij Dei. Ex parte autem aſſumptorum, quæ diuiſa ſunt; ſunt due vniones in actu poſt mortem; Ante autem erat vna in actu, & multe in potentia. Vnde Damaſcenus libro 3. dicit ſic. In Chriſti morte, ſeparata anima a carne, non eſt vna ypoſtaſis diuiſa: corpus enim, & anima ſecundum idem ex principio in Verbi ypoſtaſi habuerunt ſubſiſtentiam, & in morte inuicem diuiſa: ſingula eorum manſerunt vnam, ypoſtaſim Verbi habentia, quare vna Verbi ypoſtaſis, & animæ, & corporis exiſtit. Nunquam enim neque anima, neque corpus, propriam habuerunt ypoſtaſim, præter ypoſtaſim *Verbi*: vna enim eſt ſemper Verbi ypoſtaſis, & non due.

Ante mortẽ, Chriſti vna tã tũ vnio fuit, poſt mortem duæ.

CAPVT XI.

In cap. XI. demonſtratur, qualiter Sanguis Chriſti pertineat ad veritatem humanæ naturæ.

SVpereſt vt aggrediamur, quod principaliter quærebatur. An Diuinitas Verbi, fuerit perſonaliter vnita ſanguini Chriſti effuſo in triduo mortis eius. Ad cuius euidentiam conſideranda ſunt tria. Primo an Sanguis pertineat ad veritatem naturæ humanæ. Secundo an ſicut perſona Verbi vnita eſt corpori Chriſti in cruce, & in ſepulcro: ita fuerit vnita ſanguini effuſo. Tertio an ille ſanguis effuſus debuit adorari adoratione latriæ. Circa primum; ſciendum quod in homine ſunt duplices partes. ſ. eſſentiales, & integrales. Eſſentiales ſunt corpus, & anima. Vnde ſanctus Thomas 3. p. q. 2. art. p. in Reſp. principali, §. tertio, modo; fit aliquid ex aliquibus non per mixtis vel permutatis, ſed imperfectis ſicut ex anima, & corpore fit homo, & ſimiliter ex diuerſis membris ſit corpus. Conſtituunt autem membra ipſum corpus per modum partium quantitatiuarum, hæc D. Tho. & in Reſp. ad Argumentum ſecundum dicit ſic,

Tria inueſtigantur. Primo an ſanguis pertineat ad veritatem naturæ humanæ. Secũdo ſi perſona Verbi ita fuerit vnita ſanguini effuſo. Sicut corpori in cruce. Tertio an ſãguis effuſus debuit adorari adoratione latriæ.

ex ani-

ex anima, & carne conſtituitur in vnoquoque noſtrum duplex vnitas .ſ. perſonæ, & naturæ. Naturæ quidem ſecundum quod anima vnitur corpori formaliter perficiens ipſum; vt ex duabus fiat vna natura, ſicut ex actu, & potentia, vel materia & forma. Vnitas vero perſonæ conſtituitur ex eis, inquantum eſt vnus aliquis ſubſiſtens in carne, & anima. hæc D. Tom. Et q. 5. art. 2. in Reſp. principali dicit ſic. Cum forma hominis ſit quedam res naturalis, requirit determinatam materiam, .ſ. carnes & oſſa, quæ in hominis diffinitione poni oportet; vt patet per Philoſophum. 7. Metaha. ideo neceſſariũ eſt dicere. Quod in Chriſto fuerit natura humana, quæ conſtituitur per animam corpori aduenientem; hæc Tho. Et q. 5. art. 3. in Reſp. ad 3. arg. dicit ſic. Verbum Dei propter vnionem humanę naturæ non dicitur humana natura, ſed dicitur homo; quod eſt habens humanam naturam. Anima autem, & corpus, ſunt partes eſſentiales humanæ naturæ. Vnde propter vnionem Verbi ad vtrunq; eorum; non ſequitur quod Verbum ſit anima vel corpus; ſed quod eſt habẽs animam vel corpus. hæc Tho. Et 3. ſent. d. 2. q. p. art. 3. in Reſp. principali dicit ſic. Secundum Philoſophum in 8. Math. Diffinitio in hoc conuenit cum numero, quod ſicut in numeris contingit quod ſemper ſubtracta, vel addita vnitate fit alius numerus; ita in Diffinitionibus, ſi addatur, vel ſubtrahatur aliqua differentia, fit alia ſpecies. Cum ergo omnes differentiæ ſumantur ex eſſentialibus principijs, oportet quod ſi rei ſubtrahatur aliquid de eſſentialibus principijs eius, nõ remaneat eadem ſpecies. Cum igitur Chriſtus fuerit eiuſdẽ ſpeciei cum alijs hominibus, alias enim verus homo non fuiſſet, ſed æquiuoce homo diceretur, nec pro hominibus ſatisfaceret cõgruenter, oportet quod omnia eſſentialia homini in Chriſto fuerint, & corpus, & anima vegetabilis, ſenſibilis, & rationalis; & vlterius forma totius, reſultans ex coniunctione animæ, & corporis: quæ humanitas dicitur, hæc Thom. Et in fine Diſtinctionis in expoſitione literę ſuper illo verbo, omnia quæ in noſtra natura ſunt aſſumpſit, dicit ſic. Intelligendum eſt de hijs, quæ ſunt de ratione humanæ naturæ: ſicut principia eſſentialia ipſius, vel etiam ea quæ ex principijs eſſentialibus conſequuntur, vt naturales proprietates. hæc Tho. Et diſt. 5. q. p. art. 2. in Reſp. ad 3. arg. dicit ſic. Anima, & corpus ſecundum quod ſunt partes hominis, proprie loquendo, non ſunt duę naturę; pro vt in propoſito loquimur de natura; ſed vtrumq; eſt pars naturę, alterum ſicut forma, alterum ſicut natura hæc. Tho. Sunt etiam alie partes humanæ naturæ integrales, quæ ad veritatẽ ipſius pertinent, de quibus loquitur S. Thomas 3. p. q. 54. art. 3. in Reſp. Principali dicens ſic. Corpus Chriſti in reſurrectione fuit eiuſdem naturę ſicut ante mortem Chriſti; ſed alterius glorię, Vnde quicquid

Propter vnionem humanæ naturæ, Verbum Dei non dicitur humana natura, ſed homo.

In Diffinitionibus, ſi addatur, vel ſubtrahatur aliqua differentia, fit alia ſpecies.

Anima, & corpus non ſunt due naturę. ſed vna.

Corpus Chriſti in reſurrectione, & ante mortem, fuit eiuſdẽ naturę.

ad naturam corporis humani pertinet, totum fuit in corpore Chriſti reſurgentis. Manifeſtum eſt autem quod ad naturam corporis humani pertinent carnes, & oſſa, & ſanguis, & alia huiuſmodi, & ideo omnia iſta in corpore Chriſti reſurgentis fuerunt, & etiam integraliter abſq; omni diminutione. Alioquin non fuiſſet perfecta reſurrectio, ſi non fuiſſet reintegratum quicquid ceciderat per mortem. Vnde Dominus Diſcipulis promittit dicens Mat. 10. cap. Veſtri autem capilli capitis, omnes numerati ſunt. Et luce 21. dicidtur, capillus de capite veſtro non perhibit. hęc Tho. Vnde corpus Chriſti carnem & oſſa in reſurectione habuit, & alias huiuſmodi partes humano corpori naturales, pro vt dicit S. Tho. ibidem in Reſp. ad 3.

Sanguis effuſus, qui ad veritatem humanæ naturæ pertinet cum corporę reſurrexit.

arg. Quod ſanguis qui de corpore Chriſti fluxit, cum ad veritatem humanæ naturæ pertineat in Chriſti corpore reſurrexit, & eadem ratio eſt de omnibus partibus ad veritatem, & integritatem humanæ naturæ pertinentibus. hæc Tho. Et q. 76. art. p. in Reſp. ad 2. ar. ſic dicit. Ex vi ſacramenti ſub hoc ſacramento quantum ad ſpeciem panis, non ſolum caro, ſed totum corpus Chriſti, .i. caro, & nerui, &

Sub nomine corporis omnes particulę corporis continentur.

alia huius. hæc Tho. Vnde ſub nomine corporis, omnes alie particule corporis continentur, ſiut oſſa, nerui, ſanguis, & alia huius. Sanguis enim hominis non eſt pars eſſentialis hominis, nec pars conſtitutiua, nec integralis eius, nec eſt formaliter animatus, cum *non ſit* ſubiectum animæ nec totale, nec partiale. Naturaliter .n. repugnat naturę ſanguinis, inquantum eſt humor primus, quod ſit formaliter animatus, & quod denominetur actualiter animatus, cum non ſit

Sãguis in homine confert ad multas operationes animæ.

membrum hominis. Sanguis tamen in homine confert ad multas operationes animæ, nam ex parte puriori generatur ſpiritus ab anima mediante ſuo inſtrumento. Ex alia parte raſtauratur humidum ſubſtantificum reſolutum per multas tranſmutationes intermedias. Concurrit .n. ad nutrimentum, augmentum, generationem, & conſeruationem hominis; quæ ſine ſanguine non perficeretur in homine. Quamuis autem vita hominis non poſſit eſſe naturaliter ſine ſan-

Sãguis nõ eſt pars eſſentialis hominis ſed res naturalis conſeruans vitam.

guine, non tamen ſequitur quod ſanguis ſit pars eſſentialis hominis; ſed eſt res naturalis conſeruans vitam hominis, ſicut multe alie res naturales ſeruiunt ad conſeruandam vitam hominis. Vnde S. Tho. 2 ſent. d. 30. q. 2. in Reſp. ad 2. argumentum dicit ſic. In corporę hominis, & in corpore Embrionis ſunt diuerſe humiditates, magis & minus ad participationem perfectam ſpeciei accedentes; ſicut ſanguis, & humiditas, in quam vlterius ſanguis digeſtus conuertitur, & vlterius caro, vel os: hæc Tho. Et 3. ſent. d. 3. q. 2. art. p. in Reſp. principa-

Materia ex qua corpus formatur in Chriſto, & alijs hominibus, eſt ſãguis.

li dicit ſic, Materia ex qua corpus formatur in Chriſto, & in alijs hominibus eſt ſanguis per virtutem generatiuam matris preparatus Ille enim ſanguis in mulieribus, eſt ſicut ſemen in viris; Vnde & eo-

dem

dem tempore hoc in viris, & illud in mulieribus incipit .ſ. apud ortum pillorum, & aliorum accidentium quæ ſunt ſigna pubertatis. Sed quia in muliere eſt calor generatiue deſeruiens diminutus, reſpectu caloris viri: Ideo nō poteſt in mulieribus ſuperfluum alimenti ad tantam digeſtionem perduci, ſicut in viris; propter quod remanet in forma ſanguinis ſicut deficiens a completa digeſtione ſeminis. Vnde accidit in aliquo multum coeunte, ſanguinem loco ſeminis emittere. Vt 15. de animalibus dicitur. Quaſi qđ natura non ſufficiat ad tantum ſeminis digerendum, quantum in continentia quærit. hæc Tho. Et in Reſp. ad 4. arg. dicit ſic. Quamuis caro cum carne magis conueniat ſecundum ſimilitudinem ſpeciei, tamen ſanguis ex quo formatur corpus, magis conuenit cum carne, & reliquis partibus corporis, ſecundum proportionem potentiæ ad actum, quam caro cum carne. Sanguis enim ille eſt potentia totum, ſecundum potentiam paſſiuam. Sicut & ſemen eſt potentia totum ſecundum potentiam actiuam, caro autem non eſt potentia totum; cum ſit actu pars vltimum complementum iam habens per digeſtionem vltimā. Hæc autem conuenientia præcipue requiritur ad hoc vt aliquid ex aliquo fiat. Domus enim facilius ex cemento & lapidibus cōſtruitur ſpecie differentibus, quam ex alia domo eiuſdem ſpeciei, ex qua domo conſtrui non poteſt niſi in lapides reſoluatur. hæc Tho. & ad quintum arg. dicit ſic. Sanguis qui humani corporis materia ponitur, non eſt abſolute talis, qualis primo per actum nutritiue generatur ex cibis, ſed hoc quod de illo ſanguine reſſiduum eſt, ab vltima digeſtione nutritiua in feminis generatiue miniſtrat. quę ipſum pręparat, vt debita materia humani corporis fiat. hæc Tho. Et 3. parte q. 31. art. 9. in Reſp. ad 3. arg. dicit ſic. Semen feminæ non eſt generationi aptum; ſed eſt quodam imperfectum in genere ſeminis, quod non potuit perduci ad perfectum ſeminis complementum, propter imperfectionem virtutis feminæ, & ideo tale ſemen nō eſt materia, quæ de neceſſitate requiritur ad conceptum. Sicut dicit Philoſophus in libro de generatione animalium. Et ideo in conceptione Chriſti non fuit, præſertim quia licet ſit imperfectum in genere ſeminis, tamen cum quadam cōcupiſcentia reſoluitur, ſicut & ſemen maris, In illo autem conceptu virginali, concupiſcentia locum habere non potuit. Et ideo Damaſcenus libro 3. dicit. Quod corpus Chriſti non ſeminaliter conceptum eſt, Sanguis autem menſtruus, quem femine per ſingulos menſes emittunt, impuritatem quadam naturalem habet corruptionis, ſicut & cætere ſuperfluitates, quibus natura non indiget, ſed eas expelit, Ex tali autem menſtruo corruptionem habente, quod natura repudiat non formatur conceptus; ſed hoc eſt purgamentum quoddam illius ſanguinis puri, quod digeſtione quadam

Sāguis ex quo formatur corpus, magis cōuenit cū carne, quam caro cū carne.

Semē feminę nō eſt aptum generationi.

In conceptu Virginali cōcupiſcētia loco nō habuit.

Ex menſtruo corroptionē habēte quod natura repudiat non formatur cōceptus.

dam eſt præparatus ad conceptum, quaſi purior, & perfectior alio ſanguine, cum impuritate libidinis in conceptione aliorum hominum inquantum ex ipſa commixtione maris, & feminę, talis ſanguis ad locum generationi congruum attrahitur; ſed hoc in conceptione Chriſti non fuit, Quia operatione ſpiritus ſancti, talis ſanguis in vtero virginali adunatus eſt, & formatus in prolem. Et ideo dicitur corpus Chriſti, ex caſtiſſimis, & puriſſimis ſanguinibus Virginis carnem animatam anima rationali formatum eſſe. hæc Tho. Ex quo patet quod puriſſimos ſanguines intelligit humores qui propinqui ſunt ad corporis formationem; ex quibus caro Chriſti formata fuit Ille autem humor aliquando vocatur caro, aliquando ſanguis, aliquando ſemen, & hoc ſecundum diuerſam comparationem. Sanguis enim dicitur per comparationem ad illud vnde proceſſit, caro in comparatione ad illud quod ex ipſo fit, ſemen vero quantum ad formam quam habet, vt conſtat ex ſupra dictis. Sed duplex eſt humor ſiue humiditas in homine ſ. nutrimentalis & complexionalis. Dicitur enim humor pro ut eſt in venis; humiditas autem pro vt egreditur a venis & deriuatur ad membra. Talis humor cum primo egreditur a venis vocatur Roſ. & eſt in foraminibus paruarum venarum. Quia vero hic non ſiſtit ſed vlterius pregreditur; & iam incipit dealbari, vocatur cambium; cunque dealbatus fuerit, & actu cibans vocatur Gluten. Primis duobus modis, talis humor dicitur nutrimentalis: Tertio modo, dicitur humor complexionalis, quia eſt de complexione membri conſimilis. Vnde S. Tho. 4. ſen. d. 44. q. 1. art. 2. quæſtiuncula. 2. in Reſp. principali dicit ſic. Secunda humiditas eſt quæ nondum peruenit ad vltimam ſuam perfectionem, quam natura operatur in Indiuiduo; ſed eſt ad illam ordinata in natura: & hæc eſt duplex, quia quædam eſt quæ habet aliquam formam determinatam, quæ etiam continetur inter partes corporis: Sicut ſanguis, & alij tres humores, quos natura ordinat ad membra: quæ ex eis generantur; ſed tamen habens aliquas formas determinatas ſicut & alie partes corporis. Quædam vero humiditas eſt in via tranſeundi de forma in formam. ſ. de forma humoris in formam membri. Hæc autem humiditas poteſt in duplici ſtatu accipi, vel ſecundum quod eſt in principio tranſmutationis, & ſic vocatur Roſ. illa. ſ. humiditas, quæ eſt in foraminibus venarum paruarum, Vel ſecundum quod eſt in progreſſu tranſmutationis, & incipit iam dealbari, & ſic vocatur Cambium. Tertium genus humiditatis eſt quod iam peruenit ad perfectionem vltimam quam natura intendit in corpore indiuidui quæ iam eſt dealbata & incorporata membris, & hæc vocatur Gluten; & eſt de ſubſtantia membrorum. hæc Tho. Humores decurrentes non ſunt de ſubſtantia membri, nec de complexione radicali; ſed

Corpus Chriſti ex caſtiſſimis, & puriſſimis ſanguinibus Virginis fuit formatum.

Humiditas ī homine duplex nutrimētalis & cōplexionalis.

Humiditas q̄ primo egreditur a venis dicitur Roſ.

Quando incipit humiditas dealbari dicitur cambium.

Cum dealbata fuerit, dicitur glutem.

Humor complexionalis.

Humiditas q̄ dā eſt quę trāſit de forma ī formam. i. de forma humoris in formam membri.

ſed de ſanguine habente ſpeciem ſanguinis; an ſit de veritate humanæ naturæ? Sciendum quod aliquid eſſe de veritate naturæ humanæ poteſt contingere tripliciter; aut quantum ad eſſe neceſſarium, ſicut membra principalia; Vt, cor; Epar; Cerebrum; Nerui; oſſa; & alia huius; aut quod ad eſſe integrum, & complectum; ſicut illa quæ faciunt ad corporis perfectionem, Vt ſanguis, & alij humores; quia humores faciunt ad plenitudinem, & integritatem corporis. Aut quo ad eſſe decorum, ſicut humiditates, quas ſibi natura reſeruat ad generationem capilorum, & vnguium; quibus indiget ad membrorum conſeruationem. Vnde ſanctus Thomas 4. ſent. d 44. q. p. art. 2. quæ. p. in Reſp. ad primum argumentum dicit ſic. Membra poſſunt dupliciter conſiderari in comparatione ad animam; vel ſecundum habitudinem materiæ ad formam; vel ſecundum habitudinem inſtrumenti ad agentem. Eadem enim eſt comparatio totius corporis ad totam animam, & partium ad partes, vt dicitur in 2. de anima. Si ergo membrum accipitur ſecundum primam cõparationem; Finis eius non eſt operatio, ſed magis perfectum eſſe ſpeciei. Si autem accipitur quantum ad ſecundam comparationem, finis eius eſt operatio: Nec tamen ſequitur, quod quando deficit operatio fruſtra ſit inſtrumentum: Quia inſtrumentum non ſolum ſeruit ad exequendam operationem agentis ſed ad oſtendendam virtutem ipſius. Humores autem ſunt in corpore; non ſolum ad reſtaurationem deperditi, ſed ad integritatem humanæ naturæ perficiendam, & ad virtutis naturalis oſtenſionem. Nam humores ſunt de perfectione corporis humani, ſicut & alie partes: Quamuis non perueniant ad tantam perfectionem ſicut alie partes: Quia humores perficiuntur ab anima rationali aliquo modo, licet non eodem modo; ſicut partes perfectiores. hæc Tho. & queſtiuncula. 3. in Reſp. Principali dicit ſic. Anima ſe habet ad corpus animatum, ſicut ars ad artificiatum, & ad partes eius. ſicut ars ad inſtrumenta ſua. Vnde & corpus animatum, organicum dicitur. Ars autem vtitur inſtrumentis quibuſdam ad operis intenti executionem, & hæc inſtrumenta ſunt de prima intentione artis. Vtitur etiam alijs inſtrumentis ad conſeruationem principalium inſtrumentorum: & hæc ſunt de ſecunda intentione artis. Sicut ars militaris vtitur gladio ad bellum, & vagina ad gladij conſeruationem. Ita etiam in partibus corporis animati; quedam ordinantur ad operationes animæ exequendas, ſicut. cor. Epar. manus: & pes: Quedam autem ad conſeruationem aliarum partium; ſicut folia ſunt ad cooperimentum fructuum. Sicut etiã capilli, & vngues ſunt in homine ad cuſtodiam aliarum partium; Vnde ſunt de ſecunda perfectione corporis humani, quamuis non de prima. Et ſic patet quod aliqua operatione participant: quod non poſſet eſſe, niſi eſſent

Aliquid eſſe de veritate naturæ humanę contingit tripliciter.

Membra dupliciter conſiderantur.

Humores sũt in corpore ad reſtauratione͂ deperditi ad perficiendam humanæ naturę integritate͂ & ad oſte͂ſione͂ virtutis naturalis.

Humores perficiũtur ab anima aliquo modo.

Anima ſe habet ad corpus animatum, ſicut ars ad artificiatum, & ad partes eius

In partibus corporis animati, quedã ordinãtur ad operationes animę exeque͂das. Quedam ad conſeruationem aliarum partium.

Capilli, & vngues ſunt de ſecunda perfectione humani corporis.

partes aliquo modo perfecte ab anima. Et quia in homine non eſt niſi vna anima.ſ. rationalis, cōſtat quod ab anima rationali perfecta ſunt, quamuis non vſq; ad hoc, quod ſenſus operationem participēt, ſicut nec oſſa, ſunt tamen de integritate indiuidui. hæc 1 ho. Dubitatur vtrum aliquid vitale ſit in ſanguine per quod maxime anima carni vniatur. Dicendum quod aliquid dicitur viuere tripliciter. Vnomodo ſubiectiue, quia recipit influentiam vitæ, & ſic corpus, & caro viuit. Alio modo diſpoſitiue; quia diſponit ad vitam; & ſic ſpiritus, & humor viuit. Tertio modo conſeruatiue: quia ortum, & conſeruationem habet ab actu vitæ; & ſic capilli & vngues dicuntur viuere. Vnde S.Tho.4.S.D. 11. in expoſitione litteræ ſuper illo verbo. Vinum operatur ſanguinem in quo eſt ſedes animæ. dicit ſic. Hoc poteſt intelligi multipliciter. Vno modo, vt ſedes animæ dicatur conſeruatio vitæ, quæ eſt per ſanguinem; Alio modo, quia ſanguis eſt potentia totum, quia per actum virtutis nutritiuæ in membra conuertitur; Tertio modo, quia per ſanguinem in corde generatum, vitalis operatio in omnia membra diffunditur, vt Philoſophus in libro de animalibus dicit. hæc Tho.

Aliquid dicitur viuere tripliciter: ſubiectiue. diſpoſitiue; cōſeruatiua.

Operatio vitalis in oīa mēbra diffunditur per ſāguinem in corde generatum.

CAPVT XII.

In hoc capite oſtenditur quod Verbum non fuit vnitum perſonaliter ſanguini eſſuſo in Triduo.

AD inueſtigandam veritatem quæſiti. An .ſ. Verbum perſonaliter fuerit vnitū ſanguini Chriſti effuſo in triduo mortis eius. Pono tres concluſiones. Prima concluſio. Sanguis Chriſti in paſſione effuſus qui maxime fuit ſaluber, fuit Diuinitati vnitus. Iſtam concluſionem declarat S.Tho.quol.5.q.3.ar.p. in Reſp.principali. Vbi præſſupponit quatuor. Primo quod in reſurrectione tam Chriſti, quam noſtra, totum quod fuit de veritate naturæ humanæ reparabitur. Non autem illa quæ de veritate humanæ naturæ non fuerunt. Secundo quod nihil prohibet in Chriſto fuiſſe aliquem ſanguinem nutrimentalem, qui ad veritatem humanæ naturæ non pertineret, & quem non oporteret ad corpus eius in reſurrectione redire. Patet quia non totus ſanguis nutrimentalis .i. qui ex cibis generatur pertinet ad veritatem humanæ naturæ; Chriſtus autem ante paſſionem vere comedit, & bibit, & ideo Sanguis Chriſti, qui in quibuſdam Eccleſijs ſeruatur, & oſtēditur, dicitur ex quadam imagine Chriſti percuſſa miraculoſe fluxiſſe; vel etiam alias ex corpore Chriſti: qui ſanguis nutrimentalis fuit. Sicut quando ad collumnam flagelatus fuit, & quando factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Tertio ſupponit quod totus ſanguis in paſſione effuſus pro

Ponuntur tres concluſiones pro inueſtigāda veritate.

Prima cōcluſio.

Totum quod fuit de veritate naturæ humanæ ī reſurrectione tam Chriſti quam noſtra reparabitur.

Sanguis Chriſti qui in quibuſdā Eccleſijs ſeruatur, vel eſt miraculoſus, vel nutrimentalis.

redem-

redemptione humani generis, in reſurrectione ad corpus Chriſti redierit. Patet triplici ratione. Primo ex etate Chriſti patientis. Paſſus eſt enim in perfectiſſima etate, in qua maxime ea quæ in homine inueniuntur ad veritatem humanæ naturæ pertinere videntur, tanquam ad maximam perfectionem adducta. Secundo ex merito paſſionis. Si enim ſanctorum martirum ille partes in quibus paſſionem pro Chriſto ſuſtinuerunt, quendam priuilegiatum fulgorem in reſurrectione habebunt, vt Auguſtinus dicit libro 21 de ciuitate Dei: ergo multo magis ſanguis Chriſti, quem pro ſalute humani generis effudit ad glorioſam reſurrectionē reparatus eſt. Tertio ex ipſa virtute paſſionis; Sanguis enim ille effuſus humanum genus ſanctificauit: ſecundum illud ad hebreos vltimo. Ieſus autem vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portā paſſus eſt. Et ideo oportuit, quod in Reſurrectione iungeretur alijs humanitatis partibus. Quarto ſupponit quod humanitas Chriſti ſalutiferam virtutem habuit ex virtute Verbi ſibi vniti. Patet per Damaſcenum libro 3. ex quibus ſequitur concluſio ſuperius poſita. Nam ſanguis Chriſti in paſſione effuſus, fuit de veritate humanę naturæ, & ſacer dicitnr, ſecūdum illud. Quem Sacer cruor perunxit, fuſus agni corpore. Cum enim Verbum Dei nunquam depoſuit quod in natura noſtra aſſūpſit, partibus naturæ humanæ abinuicē ſeparatis in paſſione; ſed Verbū Dei in noſtra natura aſſūpſit nō ſolū corpus, ſed ēt ſāguinē, ergo ſanguis ille nūquā fuit a Verbo depoſitus, hęc de Thoma ibidē. Præterea, pretiū ad redēptionē humani generis debuit eſſe īfinitū in valore propter dignitatem perſonæ Chriſt, qui erat Deus, & homo. Non fuit autē infiniti valoris, niſi propter vnionem Diuinitatis cum humanitate. Vnde S. Tho. quodlibeto 2. q. p. art. 2. in ℞. principali dicit ſic. Ad emptionem duo requiruntur. ſ. quantitas pretij, & deputatio eius ad aliquid emendum. Si. n. aliquis det pretium non equiualens ad rem aliquā acquirendam, non dicitur eſſe ſimpliciter emptio, ſed partim emptio, partim donatio: puta ſi quis emat librū, qui valet 20. libras pro. 10. libris, partim emeret librū, & partim ſibi daretur. Rurſus ſi daret etiam maius pretium, & deputaret ad emēdū, nō diceretur emere librū. Si ergo loquamur de redēptione humani generis, quantū ad quantitatē pretij, ſic quelibet paſio. Chriſti ēt ſine morte ſuffeciſſet ad redemptionem humani generis propter infinitā dignitatem perſonæ. Dicit. n. Bernardus, quod minima gutta ſanguinis Chriſti, ſuffeciſſet ad redemptionem humani generis. Potuiſſet autem aliqua gutta ſanguinis Chriſti effundi ſine morte; & ita etiam ſine morte potuiſſet per aliquam paſſionem, humanum genus redimere. Iniuria. n. vel paſſio alicuius, menſuratur ex dignitate perſonæ. Maiorem. n. iniuriam patitur Rex. ſi percutiatur in facie,

Supponit tērū Chriſti ſāguinem in reſurrectione ad Chriſti corp. redijſſe.

Sanguis effuſus, humanū genus ſanctificauit.

Pretium ad reparationē humanis generis debuit eſſe infinitū in valore.

Sanguis Chriſti fuit infiniti valoris propter vnionē Diuinitatis.

Poterat Chriſtus p aliquā paſſionem ſine morte redimere genus humanum.

quam

quam aliqua priuata perſona, ſed dignitas perſonæ Chriſti eſt infinita, quia eſt perſona Diuina: Ideo quælibet paſſio eius quantumcunq; ſit minima, eſt infinita; quælibet ergo paſſio eius, ſuffeciſſet ad redemptionem humani generis, etiam ſine morte. Si autem loquamur quantum ad deputationem pretij; ſic dicendum eſt, quod non ſunt deputatæ ad redemptionem humani generis a Deo patre, & Chriſto, aliæ paſſiones Chriſti abſq; morte; Et hoc triplici ratione; Primo quidem, vt pretium redemptionis humani generis, non ſolũ eſſet infinitum valore, ſed etiam eſſet eiuſdem generis; vt .ſ. nos de morte, per mortem eriperet, & redimeret. Secundo vt mors Chriſti non ſolum eſſet pretium redemptionis, ſed etiam exemplum virtutis; vt videlicet homines nõ timerent pro veritate mori. Et has duas cauſas aſſignat Apoſtolus ad hebreos 2. dicens. Vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, quantum ad primum: & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant ſeruituti, quantum ad ſecundum. Tertio vt mors Chriſti eſſet etiam ſacramentum ſalutis: dum nos virtute mortis Chriſti morimur peccato, & carnalibus concupiſcentijs, & proprio affectui, & hæc cauſa aſſignatur p. petri 3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt: iuſtus pro iniuſtis vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne; viuificatos autem ſpiritu. Et ideo humanũ genus nõ eſt redemptum per aliquam paſſionem abſq; morte Chriſti. Iuſtum .n. pretium pro peccato primi parentis, quo venditum eſt in ſeruitutem genus humanum, eſſe non potuit aliud quam vita Chriſti, quæ valet omnium hominum vitas, quæ per illud peccatum priuentur. Vnde Gregorius dicit libro 3. moralium. Quod niſi Chriſtus mortem indebitam ſuſcepiſſet, nequaquam nos a morte debitos liberaret. Hæc T hom. & 3. p. q. 48. art. 9. in ℞. Principali dicit ſic: Ad hoc quod aliquis redimat, duo requiruntur. ſ. actus ſolutionis, & pretium ſolutum. Si .n. aliquis ſoluat pro redemptione alicuius rei pretium quod non eſt ſuum, ſed alterius; non ipſe dicitur redimere principaliter, ſed ille cuius eſt pretium. Pretium autem redemptionis noſtræ eſt ſanguis Chriſti, vel vita eius corporalis, quæ eſt in ſanguine, quã ipſe Chriſtus exoluit; Vnde vtrunq; iſtorum ad Chriſtum pertinet immediate; in quãtum eſt homo: Et ideo eſſe immediate redemptorem eſt proprium Chriſti inquantum eſt homo. Dicitur .n. in pſalmo. Redimiſti me Domine Deus veritatis: quod ſic exponitur. Tu Domine Deus veritatis redemiſti me in Chriſto Clamante. In manus tuas commendo ſpiritum meum. Et ſic redemptio immediate pertinet ad hominem Chriſtum. hæc Tho. In paſſione autem Chriſti ſanguis a corpore fuit ſeparatus; quod patet in ſacramento altaris quod eſt memorabile dominicæ paſſionis, in quo ſeorſum ſumitur panis, vt ſacramentum

Paſſiones Chriſti ſine morte nõ ſũt deputatæ ad redemptionẽ humani generis.

Mors Chriſti non ſolũ fuit pretium redẽptionis. ſed ẽt exemplũ virtutis.

Humana nã per aliquã paſſionẽ abſq. morte nõ fuit redempta.

Ad hoc quod aliquis redimat duo requiruntur. Actus ſolutionis, & pretiũ ſolutum.

Redemptorẽ eſſe, eſt proprium Chriſti inquãtum eſt homo.

Sanguis in paſſione Chriſti ſeparatus fuit a corpore.

tum corporis. Et Vinum, vt ſacramentum ſanguinis. Vnde S. Tho. 3.p.q.74.art.7.in ℞.ad 2.argu. dicit ſic. Effuſio ſanguinis directe pertinebat ad ipſam Chriſti paſſionem. Eſt .n. naturale corpori humano vulnerato, quod ex eo profluat ſanguis, & ideo in hoc ſacramento, vinum ſeorſum offertur a pane. hæc Thom.

Sanguinis effuſio ad paſſionem Chriſti ſpectat.

Secunda concluſio.

in Secunda concluſio probabiliter poteſt concedi. Quod verbum Dei non fuit vnitum perſonaliter ſanguini effuſo in triduo mortis Chriſti. Iſta concluſio perſuadetur multipliciter. Primo ex ratione aſſumptionis humanæ naturæ. Non .n. eſt poſſibile vt caro prius aſſumpta ſit, & poſtmodum animata; propter duo. Tum quia aſſumptibilitatem habet ab anima, quam ſibi anima conferre non poteſt antequam ei vniatur. Tum ẽt quia partes aſſumptibilitatem habent a toto, vt ſupra dictum eſt. Nã, corpus aſſumptibile eſt, ſecũdum ordinem, quem habet ad animam, & ad totum; hunc autem ordinem habere non poteſt niſi poſtquam animæ eſt vnitum, & actu pars humanæ naturæ effectum, & tamen ſeparata anima, & diſſoluto toto, adhuc manet ille ordo in corpore ſecundum ſpeciem rationis: Sicut etiam habitus aquiſitus, vt virtus pollitica cauſatur per actualem operationem, & tamen tranſeunte actuali operatione, remanet habitus. Vnde patet quod corpus non poteſt aſſummi antequam animæ vniatur; & tamen ſi anima ſeparetur poſt vnionem, remanebit caro nihilominus aſſumpta, & Deitati vnita etiam in perſona.

Corpus propter animam eſt aſſumptibile.

Corpus ſine anima nõ poteſt aſſummi.

Vnde S. Th.3.ſent.d.2.q.2.art. 3. in ℞. principali dicit ſic. Nulla natura habet eſſe niſi in ſuo ſuppoſito; non .n. humanitas eſſe poteſt niſi in homine. Vnde quicquid eſt in genere ſubſtantiæ per ſe exiſtens, rationem ſuppoſiti vel ypoſtaſis habet. Et quia vnio humanitatis, & Diuinitatis fit in ypoſtaſi; vt Damaſcenus dicit. ideo non poteſt eſſe, vt quod aſſumptum eſt, prius fuerit quam aſſumeretur; niſi forte poneretur quod aſſumptio rationem ypoſtaſis rei aſſumptæ tolleret, quod eſt inconueniens. Hoc .n. ſine corruptione aſſumpti accidere non poſſet, & ideo nullum horum trium eſt poſſibile .ſ. neq; vt caro prius fuerit concepta, & poſtmodum aſſumpta, neq; vt homo ſit prius ex ſuis partibus conſtitutus, & poſtmodũ aſſumptus, neq; vt anima fuerit prius creata, & poſtmodũ aſſũpta. Corpus aũt aſſumptibilitatem ab anima habet Similiter etiam partes aſſumptibiles aſſũptibilitatẽ habent ex ratione naturę, cuius ſunt partes.

Poſt vnionẽ animæ cũ corpore ſi ſeparentur ab inuicem corpus remanebit aſſumptum.

Quod aſſumptum eſt non fuit prius quã aſſumeretur.

Vnde, & vtrunq; horum eſt impoſſibile, vt .ſ. anima prius ſit creata, & aſſumpta, & poſt modum corpori vnita. Et etiam quod caro prius ſit cõcepta, & aſſumpta, & poſtmodum animæ coniuncta. Sed hęc quatuor neceſſe eſt ſimul fuiſſe .ſ. Conceptionem carnis, Creationem animæ, coniunctionem vtriuſq; & vnionem ad Diuinitatem. Non .n. fuit poſſibile quod caro prius fuerit concepta, & poſtmodum aſſumpta. Quia ſi ante aſſumptionem concepta fuiſſet,

Neceſſe eſt quatuor hæc ſimul fuiſſe, ſ. cõceptionem carnis, creationẽ animæ coniunctionẽ vtriuſque & vnionẽ ad Diuinitatem.

pro-

propriam ypoſtaſim habuiſſet; & tunc poſt aſſumptionem vel manſiſſet ypoſtaſis, & ſic non potuiſſet fieri vnio in ypoſtaſi, vel non manſiſſet, & hoc ſine corruptione carnis prius conceptæ accidere nõ poſſet. Ratio.n.ypoſtaſis non eſt accidentalis rei, vt re eadem numero manente, alia ypoſtaſis eſſe poſſit. hæc Tho. Et eadem d.q.p.art.p. quæ. 2.in Reſp. Principali.§.ſecundo.quia non decet vt aliquam perfectionem creaturæ aſſumendo, Deus auferat. Perſonalitas autem quedam perfectio creaturæ eſt; ſed ſi natura aſſumpta perſonalitatem propriam haberet poſt aſſumptionem non poſſet eſſe vnio in perſona, quia eſſent due perſone. Vnde oportet quod illud quod aſſumptum eſt perſonalitatem non habeat, natam tamen habere. hæc Tho. Ex quibus patet, quod corpus eſt ſubiectum formaliter animatum per animam, & eſt natum habere propriam ſuppoſitationem, vt ex ſupra dictis patet. Ideo habet quod ſit aſſumptibile in vnitatem perſonæ Verbi Dei. Sanguis autem Chriſti effuſus, neutrum iſtorum habet, vt communiter philoſophi dicunt; Ideo ſanguis Chriſti à corpore eius ſeparatus, non eſt vnitus Verbo Dei perſonaliter. Secundo patet idem ex ratione originalis operationis. Nam Verbum Dei aſſumendo partes humanæ naturæ, aſſumpſit totam humanam naturam, & ſic aſſumptio partium eſt prior in via operationis, intellectu, non tempore. Dicit.n. Aug. in libro de Agone Chriſtiano, quod *inuiſibilis, & incommutabilis* veritas per ſpiritum animam, & per animam corpus, & ſic totum hominem aſſumpſit. Vnde S.Tho. 3.ſen.d. 2.q.2.art. 1. quæ. 4. in Reſp. principali dicit ſic. Partes originaliter ſunt priores toto, quaſi conſtituentes ipſum. Totum autem complectiue eſt prius partibus, quia non complectę naturæ inuenitur primo in ipſo toto: inquantum.ſ.eius partes ſunt. Vnde & ſunt in genere per reductionem: Ideo mediantibus partibus Verbum aſſumpſit totum, inquantum.ſ. partes originaliter humanam naturam conſtituebant, cui per ſe aſſumptio debebatur; quodam autem modo partes mediãte toto inquantum ratio humanæ naturæ, quæ per ſe aſſumptibilis eſt, per prius inuenitur in toto; & per hoc in partibus. Vnde Damaſcenus libro 3. dicit. In Domino noſtro Ieſu Chriſto non partes partium intuemur; ſed quæ proxime componuntur, ideſt Diuinitatem, & humanitatem. Humanitas autem eſt quodam totum quod componitur ex anima & corpore, ſicut ex partibus, Et ſic Filius Dei aſſumpſit partes mediante toto. hæc Tho. Quamuis.n. de partibus humanæ naturæ Deus non prædicetur: Non.n.dicimus quod anima ſit Deus vel quod corpus ſit Deus: Tamen partes ille cauſant aſſumptibilitatem in toto ſicut etiam homo dicitur animal, non autẽ corpus, vel anima dicitur animal; quamuis ex corpore, & anima cauſetur in homine vt animal ſit. Vnde S.Tho. eadem Diſtinctione, & eodẽ art. quæſt.

Partes originaliter ſunt priores toto. Totũ cũplectiue eſt prius partibus.

Filius Dei aſſumpſit partes mediante toto.

quæſt.prima in Reſp. ad 2.arg. dicit ſic. Aliqua duo poſſunt eſſe magis coniuncta quam alia dupliciter: vel quia pluribus modis coniunguntur, & ſic anima magis vnitur carni quam Deitas: quia anima eſt etiam forma eius, & hoc modo eſt medium formaliter vnibilitatem in ipſa cauſans, vel quia fortiori vinculo coniunguntur. Et ſic Deitas magis vnitur carni quam anima, quæ vnitur ei naturali vnione, propter quod ſeparabilis eſt. Deitas autem vnitur carni per gratiam increatam, quæ immutabilis eſt; & ideo illa vnio nunquam ſeparatur. Et ſic corpus remanet vnitum poſt animam, quamuis manente anima, vniatur propter hoc quod remanet ordo in corpore ad animam, ita etiam remanet ordo in partibus ad totum. Et propter hoc diſſoluto toto, adhuc remanent partes vnitę. hæc tho. Talem autem ordinē nō habet ſanguis ſeparatus a corpore ad animam propter quem habeat aſſumptibilitatem vt vniatur Verbo Dei vnione ypoſtatica, ergo &c. Sicut enim inter materiam, & formam nihil cadit medium in eſſe quod per prius ſit in materia quam forma ſubſtantialis; alias eſſe accidentale eſſet prius eſſe ſubſtantiali quod eſt impoſſibile: ita etiam inter naturam humanam, & ſuppoſitum uerbi Dei non poteſt aliud medium cadere; cum vtriuſque coniunctio ſit ad eſſe ſubſtantiale; ſed ſicut aduentum formæ in materia, præcedunt ordine fiendi diſponentia formaliter, & materialiter: quibus materia redditur idonea ad ſuſceptionem formæ, ita etiam in corpore Chriſti ſunt quędam diſpoſitiua, quibus redditur decens, vt aſſumatur a Diuina perſona, & eodem modo in anima; puta ſcientia, virtutes, gratia habitualis, quæ ſunt velut media congruitatis; & ita perfectio corporis, & ſcientia, & alia huius, quæ ſunt perfectiones animæ quæ docuit vtrique aſſumptorum non deeſſe. Sanguis igitur quamuis fuerit de perfectione corporis vt ipſum aſſumeretur, non tamen ſeparatus a corpore Chriſti, fuit terminus vnionis perſonalis; cui Verbum perſonaliter vniretur. Hæc .n. in eodē inſtanti fuerunt, ſ. conuerſio ſanguinis materialis in carnē, & alias partes corporis Chriſti, & formatio mēbrorū organicorū, & aīatio corporis organici, & aſſumptio corporis aīati in vnitatem Diuinæ perſonæ. Tertio patet idem rōne Deificationis carnis. Nam caro Chriſti dicitur Deificata a ſanctis: ſecundum quod Damaſcenus narrat. Vnde S.Th.3.ſent.d.5.q.p.ar.2.in R. ad 6.arg.dicit ſic. Caro dr̄ Deificata, nō quia ſit facta Deitas ipſa, ſed quia facta eſt Dei Caro; & ēt quia abundantius dona Deitatis participat, ex hoc quod eſt vnita Deitati, & quia eſt quaſi inſtrm̄ per quod Diuina virtus noſtrā ſalutem operatur, Tangendo.n.leproſum carne ſanauit per Deitatis virtutē & moriēdo carne mortē vicit per Deitatis virtutē Virtus autem agentis aliquo modo eſt in inſtrumēto, quo mediante agit. hęc Tho. Et 3.par.q.2.art.1.in Reſp.ad 3.arg.dicit ſic.

Inter naturā humanam, & ſuppoſitū verbi Dei nullum medium cadere poteſt.

Caro dicitur Deificata, non quod ſit facta Deitas, Dei caro.

Virtus agētis aliquo modo eſt in inſtrumento.

ad naturam corporis humani pertinet, totum fuit in corpore Chriſti reſurgentis. Manifeſtum eſt autem quod ad naturam corporis humani pertinent carnes, & oſſa, & ſanguis, & alia huiuſmodi, & ideo omnia iſta in corpore Chriſti reſurgentis fuerunt, & etiam integraliter abſq; omni diminutione. Alioquin non fuiſſet perfecta reſurrectio, ſi non fuiſſet reintegratum quicquid ceciderat per mortem. Vnde Dominus Diſcipulis promittit dicens. Mat. 10. cap. Veſtri autem capilli capitis, omnes numerati ſunt. Et luce 21. diciḋtur, capillus de capite veſtro non perhibit. hęc Tho. Vnde corpus Chriſti carnem & oſſa in reſurectione habuit, & alias huiuſmodi partes humano corpori naturales, pro vt dicit S. Tho. ibidem in Reſp. ad 3. arg. Quod ſanguis qui de corpore Chriſti fluxit, cum ad veritatem humanæ naturæ pertineat in Chriſti corpore reſurrexit, & eadem ratio eſt de omnibus partibus ad veritatem, & integritatem humanæ naturæ pertinentibus. hæc Tho. Et q. 76. art. p. in Reſp. ad 2. ar. ſic dicit. Ex vi ſacramenti ſub hoc ſacramento quantum ad ſpeciem panis, non ſolum caro, ſed totum corpus Chriſti, .i. caro, & nerui, & alia huius. hæc Tho. Vnde ſub nomine corporis, omnes alie particule corporis continentur, ſiut oſſa, nerui, ſanguis, & alia huius. Sanguis enim hominis non eſt pars eſſentialis hominis, nec pars conſtitutiua, nec integralis eius, nec eſt formaliter animatus, cum non ſit ſubiectum animæ nec totale, nec partiale. Naturaliter .n. repugnat naturę ſanguinis, inquantum eſt humor primus, quod ſit formaliter animatus, & quod denominetur actualiter animatus, cum non ſit membrum hominis. Sanguis tamen in homine confert ad multas operationes animæ, nam ex parte puriori generatur ſpiritus ab anima mediante ſuo inſtrumento. Ex alia parte raſtauratur humidum ſubſtantificum reſolutum per multas tranſmutationes intermedias. Concurrit .n. ad nutrimentum, augmentum, generationem, & conſeruationem hominis; quæ ſine ſanguine non perficeretur in homine. Quamuis autem vita hominis non poſſit eſſe naturaliter ſine ſanguine, non tamen ſequitur quod ſanguis ſit pars eſſentialis hominis; ſed eſt res naturalis conſeruans vitam hominis, ſicut multe alie res naturales ſeruiunt ad conſeruandam vitam hominis. Vnde S. Tho. 2 ſent. d. 30. q. 2. in Reſp. ad 2. argumentum dicit ſic. In corporę hominis, & in corpore Embrionis ſunt diuerſe humiditates, magis & minus ad participationem perfectam ſpeciei accedentes; ſicut ſanguis, & humiditas, in quam vlterius ſanguis digeſtus conuertitur, & vlterius caro, vel os: hæc Tho. Et 3. ſent. d. 3. q. 2. art. p. in Reſp. principali dicit ſic, Materia ex qua corpus formatur in Chriſto, & in alijs hominibus eſt ſanguis per virtutem generatiuam matris preparatus Ille enim ſanguis in mulieribus, eſt ſicut ſemen in viris; Vnde & eodem

Sanguis effuſus, qui ad veritatem humanæ naturæ pertinet cum corpore reſurrexit.

Sub nomine corporis omnes particule corporis continentur.

Sāguis in homine confert ad multas operationes animæ.

Sāguis nō eſt pars eſſentialis hominis ſed res naturalis conſeruans vitam.

Materia ex qua corpus formatur in Chriſto, & alijs hominibus, eſt sāguis.

dem tempore hoc in viris, & illud in mulieribus incipit .ſ. apud ortum pillorum, & aliorum accidentium quæ ſunt ſigna pubertatis. Sed quia in muliere eſt calor generatiue deſeruiens diminutus, reſpectu caloris viri: Ideo nō poteſt in mulieribus ſuperfluum alimenti ad tantam digeſtionem perduci, ſicut in viris; propter quod remanet in forma ſanguinis ſicut deficiens a completa digeſtione ſeminis. Vnde accidit in aliquo multum coeunte, ſanguinem loco ſeminis emittere. Vt 15. de animalibus dicitur. Quaſi qđ natura non ſufficiat ad tantum ſeminis digerendum, quantum in continentia quærit. hæc Tho. Et in Reſp. ad 4. arg. dicit ſic. Quamuis caro cum carne magis conueniat ſecundum ſimilitudinem ſpeciei, tamen ſanguis ex quo formatur corpus, magis conuenit cum carne, & reliquis partibus corporis, ſecundum proportionem potentiæ ad actum, quam caro cum carne. Sanguis enim ille eſt potentia totum, ſecundum potentiam paſſiuam. Sicut & ſemen eſt potentia totum ſecundum potentiam actiuam, caro autem non eſt potentia totum; cum ſit actu pars vltimum complementum iam habens per digeſtionem vltimā. Hæc autem conuenientia præcipue requiritur ad hoc vt aliquid ex aliquo fiat. Domus enim facilius ex cemento & lapidibus cōſtruitur ſpecie differentibus, quam ex alia domo eiuſdem ſpeciei, ex qua domo conſtrui non poteſt niſi in lapides reſoluatur. hæc Tho. & ad quintum arg. dicit ſic. Sanguis qui humani corporis materia ponitur, non eſt abſolute talis, qualis primo per actum nutritiue generatur ex cibis, ſed hoc quod de illo ſanguine reſſiduum eſt, ab vltima digeſtione nutritiua in ſeminis generatiue miniſtrat. quę ipſum pręparat, vt debita materia humani corporis fiat. hæc Tho. Et 3. parte q. 31. art. 9. in Reſp. ad 3. arg. dicit ſic. Semen feminæ non eſt generationi aptum; ſed eſt quodam imperfectum in genere ſeminis, quod non potuit perduci ad perfectum ſeminis complementum, propter imperfectionem virtutis feminæ, & ideo tale ſemen nō eſt materia, quæ de neceſſitate requiritur ad conceptum. Sicut dicit Philoſophus in libro de generatione animalium. Et ideo in conceptione Chriſti non fuit, præſertim quia licet ſit imperfectum in genere ſeminis, tamen cum quadam cōcupiſcentia reſoluitur, ſicut & ſemen maris. In illo autem conceptu virginali, concupiſcentia locum habere non potuit. Et ideo Damaſcenus libro 3. dicit. Quod corpus Chriſti non ſeminaliter conceptum eſt, Sanguis autem menſtruus, quem femine per ſingulos menſes emittunt, impuritatem quadam naturalem habet corruptionis, ſicut & cætere ſuperfluitates, quibus natura non indiget, ſed eas expelit, Ex tali autem menſtruo corruptionem habente, quod natura repudiat non formatur conceptus; ſed hoc eſt purgamentum quoddam illius ſanguinis puri, quod digeſtione quadam

Sāguis ex quo formatur corpus, magis cōuenit cū carne, quam caro cū carne.

Semē feminę nō eſt aptum generationi.

In conceptu Virginali cōcupiſcētia loco nō habuit.

Ex menſtruo corroptionē habēte quod natura repudiat non formatur cōceptus.

ſed de ſanguine habente ſpeciem ſanguinis; an ſit de veritate humanæ naturæ? Sciendum quod aliquid eſſe de veritate naturæ humanæ poteſt contingere tripliciter; aut quantum ad eſſe neceſſarium, ſicut membra principalia; Vt, cor; Epar; Cerebrum; Nerui; oſſa; & alia huius, aut quod ad eſſe integrum, & complectum; ſicut illa quæ faciunt ad corporis perfectionem, Vt ſanguis, & alij humores; quia humores faciunt ad plenitudinem, & integritatem corporis. Aut quo ad eſſe decorum, ſicut humiditates, quas ſibi natura reſeruat ad generationem capillorum, & vnguium; quibus indiget ad membrorum conſeruationem. Vnde ſanctus Thomas 4. ſent. d. 44. q. p. art. 2. quæ. p. in Reſp. ad primum argumentum dicit ſic. Membra poſſunt dupliciter conſiderari in comparatione ad animam; vel ſecundum habitudinem materiæ ad formam; vel ſecundum habitudinem inſtrumenti ad agentem. Eadem enim eſt comparatio totius corporis ad totam animam, & partium ad partes, vt dicitur in 2. de anima. Si ergo membrum accipitur ſecundum primam cōparationem; Finis eius non eſt operatio, ſed magis perfectum eſſe ſpeciei. Si autem accipitur quantum ad ſecundam comparationem, finis eius eſt operatio: Nec tamen ſequitur, quod quando deficit operatio fruſtra ſit inſtrumentum: Quia inſtrumentum non ſolum ſeruit ad exequendam operationem agentis ſed ad oſtendendam virtutem ipſius. Humores autem ſunt in corpore; non ſolum ad reſtaurationem deperditi, ſed ad integritatem humanæ naturæ perficiendam, & ad virtutis naturalis oſtenſionem. Nam humores ſunt de perfectione corporis humani, ſicut & alie partes: Quamuis non perueniant ad tantam perfectionem ſicut alie partes: Quia humores perficiuntur ab anima rationali aliquo modo, licet non eodem modo; ſicut partes perfectiores. hæc Tho. & queſtiuncula. 3. in Reſp. Principali dicit ſic. Anima ſe habet ad corpus animatum, ſicut ars ad artificiatum, & ad partes eius. ſicut ars ad inſtrumenta ſua. Vnde & corpus animatum, organicum dicitur. Ars autem vtitur inſtrumentis quibuſdam ad operis intenti executionem, & hæc inſtrumenta ſunt de prima intentione artis. Vtitur etiam alijs inſtrumentis ad conſeruationem principalium inſtrumentorum: & hæc ſunt de ſecunda intentione artis. Sicut ars militaris vtitur gladio ad bellum, & vagina ad gladij conſeruationem. Ita etiam in partibus corporis animati; quedam ordinantur ad operationes animæ exequendas, ſicut. cor. Epar. manus: & pes: Quedam autem ad conſeruationem aliarum partium; ſicut folia ſunt ad cooperimentum fructuum. Sicut etiã capilli, & vngues ſunt in homine ad cuſtodiam aliarum partium; Vnde ſunt de ſecunda perfectione corporis humani, quamuis non de prima. Et ſic patet quod aliqua operatione participant: quod non poſſet eſſe, niſi eſſent

Aliquid eſſe de veritate naturæ humanę contingit tripliciter.

Membra dupliciter conſiderantur.

Humores ſũt in corpore ad reſtaurationẽ deperditi ad perficiendam humanæ naturę integritatẽ & ad oſtẽſionẽ virtutis naturalis.

Humores perficiũtur ab anima aliquo modo.

Anima ſe habet ad corpus animatum, ſicut ars ad artificiatum, & ad partes eius

In partibus corporis animati, quedã ordinãtur ad operationes animę exequẽdas. Quedam ad conſeruationem aliarum partium.

Capilli, & vngues ſunt de ſecunda perfectione humani corporis.

partes aliquo modo perfecte ab anima. Et quia in homine non eſt niſi vna anima.ſ. rationalis, cõſtat quod ab anima rationali perfecta ſunt, quamuis non vſq; ad hoc, quod ſenſus operationem participẽt, ſicut nec oſſa, ſunt tamen de integritate indiuidui. hæc 1 ho. Dubitatur vtrum aliquid vitale ſit in ſanguine per quod maxime anima carni vniatur. Dicendum quod aliquid dicitur viuere tripliciter. Vno modo ſubiectiue, quia recipit influentiam vitæ, & ſic corpus, & caro viuit. Alio modo diſpoſitiue; quia diſponit ad vitam; & ſic ſpiritus, & humor viuit. Tertio modo conſeruatiue: quia ortum, & conſeruationem habet ab actu vitæ; & ſic capilli & vngues dicuntur viuere. Vnde S.Tho.4.S.D. 11. in expoſitione litteræ ſuper illo verbo. Vinum operatur ſanguinem in quo eſt ſedes animæ. dicit ſic. Hoc poteſt intelligi multipliciter. Vno modo, vt ſedes animæ dicatur conſeruatio vitæ, quæ eſt per ſanguinem; Alio modo, quia ſanguis eſt potentia totum, quia per actum virtutis nutritiuæ in membra conuertitur; Tertio modo, quia per ſanguinem in corde generatum, vitalis operatio in omnia membra diffunditur, vt Philoſophus in libro de animalibus dicit. hæc Tho.

Aliquid dicitur viuere tripliciter: ſubiectiue. diſpoſitiue; cõſeruatiua.

Operatio vitalis in oĩa mẽbra diffunditur per ſãguinem in corde generatum.

CAPVT XII.

In hoc capite oſtenditur quod Verbum non fuit vnitum perſonaliter ſanguini effuſo in Triduo.

AD inueſtigandam veritatem quæſiti. An .ſ. Verbum perſonaliter fuerit vnitũ ſanguini Chriſti effuſo in triduo mortis eius. Pono tres concluſiones. Prima concluſio. Sanguis Chriſti in paſſione effuſus qui maxime fuit ſaluber, fuit Diuinitati vnitus. Illam concluſionem declarat S.Tho.quol.5.q.3.ar.p. in Reſp. principali. Vbi præſſupponit quatuor. Primo quod in reſurrectione tam Chriſti, quam noſtra, totum quod fuit de veritate naturæ humanæ reparabitur. Non autem illa quæ de veritate humanæ naturæ non fuerunt. Secundo quod nihil prohibet in Chriſto fuiſſe aliquem ſanguinem nutrimentalem, qui ad veritatem humanæ naturæ non pertineret, & quem non oporteret ad corpus eius in reſurrectione redire. Patet quia non totus ſanguis nutrimentalis .i. qui ex cibis generatur pertinet ad veritatem humanæ naturæ; Chriſtus autem ante paſſionem vere comedit, & bibit, & ideo Sanguis Chriſti, qui in quibuſdam Eccleſijs ſeruatur, & oſtẽditur, dicitur ex quadam imagine Chriſti percuſſa miraculoſe fluxiſſe; vel etiam alias ex corpore Chriſti: qui ſanguis nutrimentalis fuit. Sicut quando ad collumnam flagelatus fuit, & quando factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Tertio ſupponit quod totus ſanguis in paſſione effuſus pro

Ponuntur tres concluſiones pro inueſtigãda veritate.

Prima cõcluſio.

Totum quod fuit de veritate naturæ humanæ ĩ reſurrectione tam Chriſti quam noſtra reparabitur.

Sanguis Chriſti qui in quibuſdã Eccleſijs ſeruatur, vel eſt miraculoſus, vel nutrimentalis.

redemptione humani generis,in reſurrectione ad corpus Chriſti redierit.Patet triplici ratione. Primo ex etate Chriſti patientis. Paſſus eſt enim in perfectiſſima etate,in qua maxime ea quæ in homine inueniuntur ad veritatem humanæ naturæ pertinere videntur, tanquam ad maximam perfectionem adducta. Secundo ex merito paſſionis. Si enim ſanctorum martirum ille partes in quibus paſſionem pro Chriſto ſuſtinuerunt, quendam priuilegiatum fulgorem in reſurrectione habebunt, vt Auguſtinus dicit libro 21 de ciuitate Dei. ergo multo magis ſanguis Chriſti,quem pro ſalute humani generis effudit ad glorioſam reſurrectionē reparatus eſt. Tertio ex ipſa virtute paſſionis; Sanguis enim ille effuſus humanum genus ſanctificauit:ſecundum illud ad hebreos vltimo. Ieſus autem vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portā paſſus eſt. Et ideo oportuit, quod in Reſurrectione iungeretur alijs humanitatis partibus. Quarto ſupponit quod humanitas Chriſti ſalutiferam virtutem habuit ex virtute Verbi ſibi vniti. Patet per Damaſcenum libro 3. ex quibus ſequitur concluſio ſuperius poſita. Nam ſanguis Chriſti in paſſione effuſus, fuit de veritate humanę naturæ, & ſacer dicitur,ſecūdum illud. Quem Sacer cruor perunxit, fuſus agni corpore. Cum enim Verbum Dei nunquam depoſuit quod in natura noſtra aſſūpſit, partibus naturæ humanæ abinuicē ſeparatis in paſſione; ſed Verbū Dei in noſtra natura aſſūpſit nō ſolū corpus, ſed ēt ſāguinē, ergo ſanguis ille nūquā fuit a Verbo depoſitus, hęc dę Thoma ibidē. Præterea,pretiū ad redēptionē humani generis debuit eſſe īfinitū in valore propter dignitatem perſonæ Chriſt,qui erat Deus, & homo. Non fuit autē infiniti valoris,niſi propter vnionem Diuinitatis cum humanitate. Vnde S. Tho. quodlibeto 2. q.p.art. 2.in R. principali dicit ſic.Ad emptionem duo requiruntur.ſ.quantitas pretij,& deputatio eius ad aliquid emendum. Si.n.aliquis det pretium non equiualens ad rem aliquā acquirendam, non dicitur eſſe ſimpliciter emptio, ſed partim emptio,partim donatio: puta ſi quis emat librū, qui valet 20.libras pro.10.libris,partim emeret librū,& partim ſibi daretur.Rurſus ſi daret etiam maius pretium,& deputaret ad emēdū, nō diceretur emere librū.Si ergo loquamur de redēptione humani generis, quantū ad quantitatē pretij, ſic quelibet paſio. Chriſti ēt ſine morte ſuffeciſſet ad redemptionem humani generis propter infinitā dignitatem perſonæ. Dicit .n. Bernardus, quod minima gutta ſanguinis Chriſti,ſuffeciſſet ad redemptionem humani generis. Potuiſſet autem aliqua gutta ſanguinis Chriſti effundi ſine morte, & ita etiam ſine morte potuiſſet per aliquam paſſionem, humanum genus redimere. Iniuria.n. vel paſſio alicuius,menſuratur ex dignitate perſonæ. Maiorem.n. iniuriam patitur Rex. ſi percutiatur in facie, quam

Supponit tertiū Chriſti ſāguinem in reſurrectione ad Chriſti corp' redijſſe.

Sanguis effuſus, humanū genus ſanctificauit.

Prętium ad reparationē humanis generis debuit eſſe infinitū in valore.

Sangus Chriſti fuit infiniti valoris propter vnionē Diuinitatis.

Poterat Chriſtus p aliquā paſſionem ſine morte redimere genus humanum.

quam aliqua priuata perſona, ſed dignitas perſonæ Chriſti eſt infinita, quia eſt perſona Diuina: Ideo quelibet paſſio eius quantũcunq; ſit minima, eſt infinita; quelibet ergo paſſio eius, ſufficiſſet ad redemptionem humani generis; etiam ſine morte. Si autem loquamur quantum ad deputationem pretij; ſic dicendum eſt, quod non

Paſſiones Chriſti ſine morte nõ ſũt deputate ad redemptionẽ humani generis.

ſunt deputate ad redemptionem humani generis a Deo patre, & Chriſto, alie paſſiones Chriſti abſq; morte; Et hoc triplici ratione; Primo quidem, vt pretium redemptionis humani generis, non ſolũ eſſet infinitum valore, ſed etiam eſſet eiuſdem generis; vt .ſ. nos de morte, per mortem eriperet, & redimeret. Secundo vt mors Chriſti non ſolum eſſet pretium redemptionis, ſed etiam exemplum virtutis;

Mors Chriſti non ſolũ fuit pretium redẽptionis. ſed ẽt exemplũ virtutis.

vt videlicet homines nõ timerent pro veritate mori. Et has duas cauſas aſſignat Apoſtolus ad hebreos 2. dicens. Vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, quantum ad primum: & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant ſeruituti, quantum ad ſecundum. Tertio vt mors Chriſti eſſet etiam ſacramentum ſalutis: dum nos virtute mortis Chriſti morimur peccato, & carnalibus concupiſcentijs, & proprio affectui, & hæc cauſa aſſignatur p. petri 3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt: iuſtus pro iniuſtis vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne;

Humana nã per aliquã paſſionẽ abſq. morte nõ fuit redempta.

viuificatos autem ſpiritu. Et ideo humanũ genus nõ eſt redemptum per aliquam paſſionem abſq; morte Chriſti. Iuſtum .n. pretium pro peccato primi parentis, quo venditum eſt in ſeruitutem genus humanum, eſſe non potuit aliud quam vita Chriſti, quæ valet omnium hominum vitas, quæ per illud peccatum priuentur. Vnde Gregorius dicit libro 3. moralium. Quod niſi Chriſtus mortem indebitam ſuſcepiſſet, nequaquam nos a morte debitos liberaret. Hæc Thom. & 3.

Ad hoc quod aliquis redimat duo requiruntur. Actus ſolutionis, & pretiũ ſolutum.

p. q. 48. art. 9. in ℞. Principali dicit ſic: Ad hoc quod aliquis redimat, duo requiruntur. ſ. actus ſolutionis, & pretium ſolutum. Si .n. aliquis ſoluat pro redemptione alicuius rei pretium quod non eſt ſuum, ſed alterius; non ipſe dicitur redimere principaliter, ſed ille cuius eſt pretium. Pretium autem redemptionis noſtræ eſt ſanguis Chriſti, vel vita eius corporalis, quæ eſt in ſanguine, quã ipſe Chriſtus exoluit; Vnde vtrunq; iſtorum ad Chriſtum pertinet immediate; inquãtum eſt homo:

Redemptorẽ eſſe, eſt proprium Chriſti inquãtum eſt homo.

Et ideo eſſe immediate redemptorem eſt proprium Chriſti inquantum eſt homo. Dicitur .n. in pſalmo. Redimiſti me Domine Deus veritatis: quod ſic exponitur. Tu Domine Deus veritatis redemiſti me in Chriſto clamante. In manus tuas commendo ſpiritum meum. Et ſic redemptio immediate pertinet ad hominem Chriſtum; hæc Tho.

Sanguis in paſſione Chriſti ſeparatus fuit a corpore.

In paſſione autem Chriſti ſanguis a corpore fuit ſeparatus; quod patet in ſacramento altaris quod eſt memorabile dominicæ paſſionis, in quo ſeorſum ſumitur panis, vt ſacramentum

tum

tum corporis. Et Vinum, vt ſacramentum ſanguinis. Vnde S. Tho. 3.p.q.74.art.7.in ℞.ad 2.argu. dicit ſic. Effuſio ſanguinis directe pertinebat ad ipſam Chriſti paſſionem. Eſt .n. naturale corpori humano vulnerato, quod ex eo profluat ſanguis, & ideo in hoc ſacramento, vinum ſeorſum offertur a pane. hæc Thom. in Secunda concluſio probabiliter poteſt concedi. Quod verbum Dei non fuit vnitum perſonaliter ſanguim effuſo in triduo mortis Chriſti. Iſta concluſio perſuadetur multipliciter. Primo ex ratione aſſumptionis humanæ naturæ. Non .n. eſt poſſibile vt caro prius aſſumpta ſit, & poſtmodum animata; propter duo. Tum quia aſſumptibilitatem habet ab anima, quam ſibi anima conferre non poteſt antequam ei vniatur. Tum ẽt quia partes aſſumptibilitatem habent a toto, vt ſupra dictum eſt. Nã, corpus aſſumptibile eſt, ſecũdum ordinem, quem habet ad animam, & ad totum; hunc autem ordinem habere non poteſt niſi poſtquam animę eſt vnitum, & actu pars humanæ nauræ effectum, & tamen ſeparata anima, & diſſoluto toto, adhuc manet ille ordo in corpore ſecundum ſpeciem rationis: Sicut etiam habitus aquiſitus, vt virtus pollitica cauſatur per actualem operationem, & tamen tranſeunte actuali operatione, remanet habitus. Vnde patet quod corpus non poteſt aſſummi antequam animę vniatur; & tamen ſi anima ſeparetur poſt vnionem, remanebit caro nihilominus aſſumpta, & Deitati vnita etiam in perſona. Vnde S. Th. 3. ſent. d. 2. q. 2. art. 3. in ℞. principali dicit ſic. Nulla natura habet eſſe niſi in ſuo ſuppoſito; non .n. humanitas eſſe poteſt niſi in homine. Vnde quicquid eſt in genere ſubſtantiæ per ſe exiſtens, rationem ſuppoſiti vel ypoſtaſis habet. Et quia vnio humanitatis, & Diuinitatis fit in ypoſtaſi: vt Damaſcenus dicit. ideo non poteſt eſſe, vt quod aſſumptum eſt, prius fuerit quam aſſumeretur: niſi forte poneretur quod aſſumptio rationem ypoſtaſis rei aſſumptæ tolleret, quod eſt inconueniens. Hoc .n. ſine corruptione aſſumpti accidere non poſſet, & ideo nullum horum trium eſt poſſibile. ſ. neq; vt caro prius fuerit concepta, & poſtmodum aſſumpta; neq; vt homo ſit prius ex ſuis partibus conſtitutus, & poſtmodũ aſſumptus, neq; vt anima fuerit prius creata, & poſtmodũ aſſũpta. Corpus aũt aſſumptibilitatem ab anima habet Similiter etiam partes aſſumptibiles aſſũptibilitatẽ habent ex ratione naturę, cuius ſunt partes. Vnde, & vtrunq; horum eſt impoſſibile, vt. ſ. anima prius ſit creata, & aſſumpta, & poſt modum corpori vnita. Et etiam quod caro prius ſit cõcepta, & aſſumpta, & poſtmodum animę coniuncta. Sed hęc quatuor neceſſe eſt ſimul fuiſſe. ſ. Conceptionem carnis, Creationem animæ, coniunctionem vtriuſq; & vnionem ad Diuinitatem. Non .n. fuit poſſibile quod caro prius fuerit concepta, & poſtmodum aſſumpta: Quia ſi ante aſſumptionem concepta fuiſſet,

Sanguinis effuſio ad paſſionem Chriſti ſpectat.

Secunda concluſio.

Corpus propter animam eſt aſſumptibile.

Corpus ſine anima nõ poteſt aſſummi.

Poſt vnionẽ animæ cũ corpore ſi ſeparentur ab inuicem corpus remanebit aſſumptum.

Quod aſſumptum eſt non fuit prius quã aſſumeretur.

Neceſſe eſt quatuor hæc ſimul fuiſſe. ſ. cõceptionem carnis, creatione animæ coniunctionẽ vtriuſque & vnionẽ ad Diuinitatem.

quæſt.prima in Reſp. ad 2.arg. dicit ſic. Aliqua duo poſſunt eſſe magis coniuncta quam alia dupliciter: vel quia pluribus modis coniunguntur, & ſic anima magis vnitur carni quam Deitas: quia anima eſt etiam forma eius, & hoc modo eſt medium formaliter vnibilitatem in ipſa cauſans, vel quia fortiori vinculo coniunguntur. Et ſic Deitas magis vnitur carni quam anima, quæ vnitur ei naturali vnione, propter quod ſeparabilis eſt. Deitas autem vnitur carni per gratiam increatam, quæ immutabilis eſt; & ideo illa vnio nunquam ſeparatur. Et ſic corpus remanet vnitum poſt animam, quamuis manente anima, vniatur propter hoc quod remanet ordo in corpore ad animam, ita etiam remanet ordo in partibus ad totum. Et propter hoc diſſoluto toto, adhuc remanent partes vnitę. hæc tho. Talem autem ordinē nō habet ſanguis ſeparatus a corpore ad animam propter quem habeat aſſumptibilitatem vt vniatur Verbo Dei vnione ypoſtatica, ergo &c. Sicut enim inter materiam, & formam nihil cadit medium in eſſe quod per prius ſit in materia quam forma ſubſtantialis; alias eſſe accidentale eſſet prius eſſe ſubſtantiali quod eſt impoſſibile: ita etiam inter naturam humanam, & ſuppoſitum uerbi Dei non poteſt aliud medium cadere; cum vtriuſque coniunctio ſit ad eſſe ſubſtantiale; ſed ſicut aduentum formæ in materia, præcedunt ordine fiendi diſponentia formaliter, & materialiter: quibus materia redditur idonea ad ſuſceptionem formæ, ita etiam in corpore Chriſti ſunt quędam diſpoſitiua, quibus redditur decens, vt aſſumatur a Diuina perſona, & eodem modo in anima; puta ſcientia, virtutes, gratia habitualis, quæ ſunt velut media congruitatis; & ita perfectio corporis, & ſcientia, & alia huius, quæ ſunt perfectiones animæ quæ docuit vtrique aſſumptorum non deeſſe. Sanguis igitur quamuis fuerit de perfectione corporis vt ipſum aſſumeretur, non tamen ſeparatus a corpore Chriſti, fuit terminus vnionis perſonalis; cui Verbum perſonaliter vniretur. Hæc .n. in eodē inſtanti fuerunt, ſ. conuerſio ſanguinis materialis in carnē, & alias partes corporis Chriſti, & formatio mēbrorū organicorū, & aīatio corporis organici, & aſſumptio corporis aīati in vnitatem Diuinæ perſonæ. Tertio patet idem rōne Deificationis carnis. Nam caro Chriſti dicitur Deificata a ſanctis: ſecundum quod Damaſcenus narrat. Vnde S.Th.3.ſent.d.5.q.p.ar.2.in R. ad 6.arg.dicit ſic. Caro dr̄ Deificata, nō quia ſit facta Deitas ipſa, ſed quia facta eſt Dei Caro; & ēt quia abundantius dona Deitatis participat, ex hoc quod eſt vnita Deitati, & quia eſt quaſi inſtrm̄ per quod Diuina virtus noſtrā ſalutem operatur, Tangendo.n.leproſum carne ſanauit per Deitatis virtutē & moriēdo carne mortē vicit per Deitatis virtutē Virtus autem agentis aliquo modo eſt in inſtrumēto, quo mediante agit. hęc Tho. Et 3.par.q.2.art.1.in Reſp.ad 3.arg.dicit ſic.

Inter naturā humanam, & ſuppoſitū verbi Dei nullum medium cadere poteſt.

Caro dicitur Deificata, non quod ſit facta Deitas, Dei caro.

Virtus agētis aliquo modo eſt in inſtrumento.

Sicut Damaſcenus dicit, Natura Diuina dicitur incarnata quia eſt carni vnita perſonaliter; non quod ſit in naturam carnis conuerſa. Similiter & caro dicitur Deificata, vt ipſe dicit, non per conuerſionem, ſed per vnionem ad Verbum; ſaluis ſuis proprietatibus, vt intelligatur caro Dei Deificata, quia facta eſt Verbi Dei caro, non quia facta ſit Deus. hæc Tho. & eadem quæſtione, & eodem articulo in reſponſione principali dicit ſic. Omne quod ineſt aliud perſone, ſiue pertineat ad naturam eius, ſiue non, vnitur ei in perſona. Si ergo humana natura Verbo Dei non vnitur in perſona nullo modo ei vnitur; & ſic totaliter tollitur incarnationis fides, quia eſt ſubruere totam fidem Chriſtianam. Quia igitur Verbum habet humanam naturam ſibi vnitam; non autem ad ſuam naturam Diuinā pertinentem: conſequens eſt, quod vnio ſit facta in perſona Verbi, non autem in natura. hæc Tho. Quia vero ſanguis Chriſti in triduo fuit ſeparatus a carne; & anima Chriſti, propterea non fuit Verbo perſonaliter. Tertia concluſio. Diuinitas Chriſti fuit vnita ſanguini effuſo in cruce, non ſolum, modo quodam generali, ſcilicet per eſſentiam, præſentiam, & potentiā; ſed modo quodam ſpeciali. Iſta concluſio deducitur ſic. Deus eſt in qualibet creatura immediata per eſſentiam, præſentiam. Quod declarat S. Thom. 3. ſent. diſp. 2. q. 2. art. 1. quella par. in reſp. ad 3. argu. dicit ſic. Creatura ex ſe ipſa receptibilis eſt Diuini influxus in ipſam; & ideo non indiget medio quod faciat eam potentialem, ad quod Deus ſit in ea per eſſentiam, præſentiam, & potentiam. Neque etiam indiget medio congruentiæ; quia decentiſſimum eſt, vt creatura a creatore non deſeratur, ſimiliter & anima ſecundum naturam ſuam capax eſt Dei, corpus autem non eſt aſſumptibile per naturam, ſed inquantum eſt perfectum anima rationali. hæc Thom. Et 3. par. q. 6. artic. in reſponſione ad primum arg. dicit ſic. Duplex ordo conſiderari poteſt inter creaturam, & Deum. Vnus quidem ſecundum quod creaturę creantur a Deo, & dependent ab ipſo, ſicut a principio ſui eſſe, & ſic propter infinitatem ſuæ virtutis, Deus immediate attingit quandam rem, animando, & conſeruando, & ad hoc pertinet quod Deus eſt immediate in omnibus per eſſentiam, præſentiam, & potentiam. Alius autem ordo eſt ſecundum quem res ipſę reducuntur ſicut in finem in Deum; & quantum ad hoc inuenitur medium inter creaturam & Deum. Quia inferiores creaturę reducuntur in Deum per ſuperiores; vt dicit Dyoniſius in libro cęleſtis ierarchiæ; & ad hunc ordinem pertinet aſſumptio humanæ naturæ a Verbo Dei, qui eſt terminus aſſumptionis, & ideo, per animam vnitur carni: hæc Tho. Et eadem q. art. 4. in Rub. ad 3. arg. dicit ſic. Verbum Dei per prius intelligitur vnitum carni quam anima per modum communem; quo eſt in cęteris creaturis, per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, prius tamen.

Vnio facta eſt in pſona verbi non in natura. Tertia concluſio.

Duplex ordo inter creaturā & Deum.

Creaturę inferiores reducūtur ad Deum per ſuperiores.

tamen dico non tempore ſed natura. Prius enim intelligitur caro vt quoddam ens, quod habet a Verbo, quam vt animata quod habet ab anima, ſed vnione perſonali prius ſecundũ intellectum oportet, quod caro vniatur animæ quam verbo; quia ex vnione ad animam, habet quod ſit vnibilis Verbo in perſona; præſertim, quia perſona non inuenitur niſi in rationali natura. hæc Thom. Et eadem parte q.48.art. 6.in Rub.ad 2.arg.dicit ſic. Paſſio Chriſti licet ſit corporalis, habet tamen ſpiritualem virtutem ex Diuinitate ſibi vnita, & ideo per ſpiritualem contactum efficatiam ſortitur, ſcilicet per fidem, & fidei ſacramenta, ſecundum illud Apoſtoli ad Roman.3. Quem propoſuit Deus propiciatorem per fidem in ſanguinem ipſius. Vnde paſſio Chriſti ſecundum quod comparatur ad Diuinitatem eius, agit per modum efficientiæ. Inquantum vero comparatur ad voluntatem animæ Chriſti, agit per modum meriti. Secundum vero quod conſideratur in ipſa carne Chriſti, agit per modum ſatisfactionis inquantum per eam liberamur a reatu penæ. Per modum vero redemptionis, inquantum per eam liberamur a ſeruitute culpæ. Per modum autem ſacrificij inquantum per eam reconciliamur Deo. hæc Tho. In paſſione autem Domini de latere ipſius ſanguis exiuit per quem denotabatur effectus precipuus in toto genere humano. Vnde S.Thom. eadem parte q.74.art.7.in Rub. ad 2.arg. dicit ſic. Effuſio ſanguinis directe pertinebat ad ipſam Chriſti paſſionem; eſt enim naturale corpori humano, quod ex eo profluat ſanguis; ſed effuſio aquæ non fuit de neceſſitate paſſionis, ſed ad demonſtrandum effectum paſſionis, qui eſt ablutio a peccatis, & refrigerium contra ardorem concupiſcentiæ. De latere enim Chriſti pendentis in cruce, vera aqua profluxit, non humor fleumaticus, vt quidam dixerunt, ad oſtendendum, quod corpus Chriſti vere erat compoſitum ex quatuor humoribus. hæc Tho. Sanguis autem Chriſti pro vt eſt per paſſionem fuſus, habet quaſdam proprietates eſſentiales, quæ exprimunt condiciones, & effectus Dominicæ paſſionis. In paſſione Chriſti corpus eius fuit ſubiectum; Sanguis autem fuit myſterium. Non enim a corpore Chriſti ſanguis eius ſeorſum fuit; niſi in paſſione, qui expreſſius repreſentat paſſionem Chriſti quam corpus. Ideo in Sacramento altaris in conſecratione ſanguinis fit mentio de paſſione Chriſti, & fructu ipſius, potius quam in conſecratione corporis. Vnde S.Thom.3.par.q.78.art.3.in Rub. Principali dicit ſic. Per iſta verba. Hic eſt calix ſanguinis mei, ſignificatur ipſa conuerſio ſiue tranſubſtantiatio vini in ſanguinem. Per uerba autem ſequentia deſignatur virtus ſanguinis effuſi in paſſione, quæ operatur in hoc Sacramento. Quæ quidem ad tria ordinantur. Primo, & principaliter ad adipiſcendam æternam hereditatem; Secundum illud ad Hebreos 10. habemus fiduciam in introitu ſanctorum per ſanguinem

Paſſio Chriſti licet ſit corporalis, habet tamen ſpiritualem virtutem a Diuinitate ſibi vnita.

Paſſio Chriſti agit per modum efficientiæ meriti ſatisfactionis redentionis, ſacrificij.

Sanguinis effuſio directe pertinebat ad Chriſti paſſionem.

Aquæ effuſio non fuit de neceſſitate paſſionis.

Aqua vera nõ humor fleumaticus exiuit de latere Chriſti.

Corpus Chriſti in paſſione fuit ſubiectũ, ſanguis miſterium.

ipſius. Et ad hoc deſignandum, dicitur; noui, & æterni teſtamenti. Secundo ad iuſtitiam gratiæ, quæ eſt per fidem. Secundum illud ad Romanos tertio. Quem prępoſuit Deus propiciatorem per fidem in ſanguine ipſius, vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum, qui eſt ex fide Ieſu Chriſti, & quantum ad hoc ſubditur, myſterium fidei. Tertio autem ad remouendum impedimentum vtriuſque prædictorum, ſcilicet peccata, ſecundum illud ad Hebręos 9. Sanguis Chriſti emundabit conſcientias noſtras ab operibus mortuis, ideſt peccatis, & quantum ad hoc ſubditur, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Sanguis enim Chriſti ſeorſum conſecratus expreſſe repreſentat paſſionem Chriſti. Ideo potius in conſecratione ſanguinis fit mentio de effectu paſſionis, quam in conſecratione corporis, quod eſt paſſioni ſubiectum, quod etiam deſignatur in hoc quod dicitur, quod pro vobis tradetur: quaſi dicat; quod pro vobis paſſioni ſubicietur. hæc Tho. Ex virtute etiam ſanguinis Chriſti iuſtificamur; pluribus etiam alijs modis, Diuinitas influxit virtutem, & ſufficientiam, atque efficaciam ſanguini Chriſti effuſo in Cruce.

Sanguis Chriſti ſeorſum cō ſecratus expreſſe repreſentat Chriſti paſſionem.

CAPVT XIII.

In iſto capite pertractatur de modis ſeparationis eorum quæ in Chriſto vnita erant, & quali honore debeant venerari.

VT facilius cognoſcatur modus ſeparationis eorum, quæ in Chriſto vnita erant. Primo ſciendum quod in morte Chriſti anima ſeparata fuit a corpore eius. Ad cuius euidentiam. Pono iſtam concluſionem. Chriſtus in cruce vere mortuus fuit: non ex vulneribus manuum & pedum: ſed ex mera voluntate eius. Probatur, & ſuppono quatuor. Primo quod voluntati, & poteſtati Chriſti ſuberat quicquid pertinet ad naturam humanam in ipſo. Iſtud declarat S. Thom. quolibeto primo q.2.artic.2.in Reſp.principali dicens ſic. Cum Chriſtus fuerit Deus, & homo, eius poteſtati ſuberat, quicquid pertinet ad naturam humanam in ipſo, quod in alijs puris hominibus non contingit: Voluntati enim eorum non ſubiaceret quæ naturalia ſunt. Vnde hæc cauſa aſſignatur: Quare anima Chriſti ſimul patiebatur, & fruebatur, quia ſcilicet eo volente, hoc factum eſt, vt non fieret redundantia a ſuperioribus uiribus in inferiores. nec impedirentur ſuperiores virtutes a ſuo actu propter paſſionem inferiorum, quod in alijs omnibus contingere non poteſt, propter naturalem coniunctionem potentiarum adinuicem. hæc Thom. Secundo ſuppono, quod tandiu mors violenta tardatur, quandiu natura reſiſtere poteſt. hoc declarat S. Thomas ibidem dicens ſic, mors violenta accidit, ex hoc

Chriſtus in Cruce vere mortuus fuit, non ex vulneribus manuū, & pedum ſed ex mera eius voluntate.

Mors violenta tardatur quā diu natura reſiſtere poteſt.

quod

quod nocumento illato, natura cedit; & quandiu natura reſiſtere poteſt, tandiu mors tardatur. Vnde in quibus natura eſt forcior, ex eqauli cauſa tardius moriuntur. hæc Thom. Tertio ſuppono quod Chriſto volente, natura reſtitit nociuo illato, & ceſſit. Hoc declarat S. Th. ibidem dicens ſic. Erat enim ſubiectum voluntati Chriſti, quando natura reſiſteret nocumento, & tormento illato, & quando cederet. Vnde eo volente natura reſtitit nociuo illato vſque ad finem, pluſquam in alijs hominibus poſſit. Ita quod in fine poſt multam ſanguinis effuſionem: quaſi integer viribus clamauit voce magna, & ſtatim eo volente natura ceſſit, & tradidit ſpiritum. vt ſe Dominum naturæ, & vitæ, & mortis oſtenderet. Vnde hoc admirans centurio dixit. Vere hic homo Filius Dei erat. hæc Thó. Quarto ſuppono quod filius Dei animam ſuam voluntarie ponens, non fuit homicida ſui. Hoc declarat S. Tho. ibidem dicens ſic. Iudei Chriſtum occiderunt, nocumentum mortiferum inferentes, & tamen ipſe animam ſuam poſuit, & tradidit ſpiritum, quia quando voluit, natura nocumento illato totaliter ceſſit. Nec tamen culpandus ipſe, quaſi ſui homicida. Eſt enim corpus propter animam, & non econuerſo. Vnde iniuria ſit animę cum propter nocumentum illatum corpori, de corpore expellitur contra naturale appetitum animę: licet forte non contra deprauatam voluntatem ſe interficientis. Sed ſi anima in ſui poteſtate haberet recedere de corpore, quando vellet, & iterum aduenire; non maioris eſſet culpæ, ſi corpus deſereret, quam quod habitator deſerit domum: Culpe tamen eſſet quod expellatur inuictus. hæc Tho. & 3. par. q. 47. arti. 1. in Reſp. ad 2. argu. dicit ſic. Vt Chriſtus oſtenderet quod paſſio illata per violentiam, eius animam non eripiebat: naturam corporalem in ſua fortitudine conſeruauit, vt etiam in extremis poſitus, voce magna clamaret, quod inter alia miracula mortis eius computatur. Vnde Marci. 15. dicitur. Videns autem centurio; qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet ait. Vere Filius Dei erat homo iſte; Fuit enim mirabile in Chriſti morte: quod velocius fuit mortuus alijs; qui ſimili pena affligebantur. Vnde dicitur Ioannis 19. Quod eorum qui cum Chriſto erant fregerunt crura, vt cito morerentur. Ad Ieſum autem cum veniſſent, inuenerunt eum iam mortuum; vnde non fregerunt eius crura. Et Marci. 19. dicitur. Quod Pilatus mirabatur ſi iam obijſſet. Sicut enim eius voluntate, natura corporalis ſeruata eſt in ſuo vigore vſque ad extremum, ſic etiam, quādo voluit, ſubito ceſſit nocumento illato; hæc Thom. Illi autem qui ab alio occiduntur paulatim debilitata natura deficiunt; & maxime hoc apparet in Crucifixis vt dicit Auguſtinus libro 4. de Trinitate. Longa cruciabantur morte ligno ſuſpenſi. Quia vero in Chriſto hoc accidere non contingit; nam clamans voce magna emiſit ſpiritum. Matth. 27. cap.

Chriſtus, quāuis voluntarie animam ſuā poſuit non tamen fuit ſui homicida.

Exclamatio vocis magnæ in cruce fuit miraculum.

cap. Relinquitur ergo quod ſeparatio animæ a Chriſti corpore fuit ex mera eius voluntate, & non propter vulnera manuum, & pedum. In hac autem ſeparatione tam anima, quam corpus Chriſti in illo triduo debebant adorari adoratione latriæ. Vnde S. Tho. 3. ſent. diſt. 2. q. 2. art. 1. quæſt. 4. in Reſp. ad 3. arg. dicit ſic. In omnibus partibus: quæ ſunt de veritate humanæ naturæ, etiam ſeparatis, manet ordo ad totam naturam; Et ideo remanet in eis aſſumptibilitas, & per conſequens vnio, & ſic in corpore Chriſti remanſit etiam anima ſeparata: vnde, & eis latria debebatur hæc Thom. Quia igitur remanſit vnio in corpore Chriſti, anima ſeparata, & cum ambę ſint partes eſſentiales naturæ humanæ, propterea ex vnione corporis Chriſti ad perſonam Verbi, & ex vnione animæ Chriſti ad eandem perſonam Verbi vtrique latria debebatur in illo ſancto triduo. Quod autem anima, & corpus ſint partes eſſentiales naturæ humanæ declarat S. Thomas 3. ſent. diſt. 3. q. 2. art. 1. in Rub. ad 1. arg. dicens ſic. Chriſtus per omnia fratribus aſſimilatur, & aſſimilari debuit, quæ neceſſaria erant ad eorum reparationem. Huius autem ſunt ea in quibus humanæ naturæ veritas conſiſtit ſcilicet partes eſſentiales, & proprietates naturales, & paſſiones, quibus opus redemptionis explendum erat. In alijs autem excellere debuit, vt hoĩm ſaluator hęc tho. Puta in cõceptione carnis, & ſanguinis, magnitudinis creatio & infuſio animæ; corporis & animæ ſimul aſſumptio. Vnde Gregorius in moralibus dicit. Spiritu adueniente, mox Verbum in vtero; mox intra vterum Verbum caro. Nam ipſa diuina ſapientia ex ſanguinibus Virginis, mox carnem ſibi copulauit, vt Damaſcenus libro 3. dicit. Quantum ad totam naturam humanam conſurgentem ex vnione animæ rationalis, & corporis humani, quæ dicitur humanitas, ſeparata fuit Diuinitas Verbi perſonaliter ab humanitate in illo triduo mortis Chriſti. Pro cuius notitia pono iſtam concluſionem. In triduo mortis Chriſti, verius poteſt elici Chriſtus filius hominis quam homo; Cuius ratio eſt. Nam hoc nomen homo eſt nomen ſpeciei, ſed ſpecies & genera ſumuntur a forma totius, forma autem totius reſultat ex compoſitione partium; cum igitur anima, & corpus non fuerint in illo triduo adinuicem compoſita: videtur quod pro tunc Chriſtus non poterat dici homo. Præterea remoto ſuperiori remouetur inferius. Viuum autem ſeu animatum, eſt ſuperius ad animal, & ad hominem. Nam animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, ſed in illo triduo mortis corpus Chriſti non fuit formaliter viuum, neque animatum. Ideo pro illo triduo Chriſtus non fuit homo. Iſtam concluſionem declarat S. Thomas 3. par. quæſt. 50. art. 4. in Rub. principali dicens ſic. Chriſtum vere fuiſſe mortuum, eſt articulus fidei; Vnde aſſerere omne id per quod veritas mortis Chriſti tollitur, eſt error contra fidem; propter quod in epiſtola ſynoda-

Anima, & corpus in triduo debebant adorari adoratione latriæ.

Anima, & corpus ſunt partes eſſentiales naturæ humanę.

In illo triduo verius poteſt dici Chriſtus filius hominis quam homo.

In triduo Chriſtus non fuit homo.

ſnodali Cirilli dicitur. Si quis non confitetur Verbum Dei paſſum carne, crucifixum carne, & quod mortem guſtauit carne, anathema ſit. Pertinet autem ad veritatem mortis hominis vel animalis, quod per mortem deſinat eſſe animal vel homo. Mors enim animalis vel hominis prouenit ex ſeparatione animæ à corpore, quæ complet rationem animalis, vel hominis. Et ideo dicere Chriſtum in triduo mortis hominem fuiſſe ſimpliciter, & abſolute loquendo erroneum eſt, poteſt tamen dici quod Chriſtus in triduo fuit homo mortuus. Sed verbum Dei ſuſcepit animam, & carnem vnita. Et ideo illa ſuſceptio fecit Deum hominem, & hominem Deum; Vnde Auguſtinus dicit primo de trinitate. Talis erat illa ſuſceptio quę Deum hominem faceret, & hominem Deum. Non autem ceſſauit illa ſuſceptio per ſeparationem verbi ab anima vel carne, ceſſauit tamen vnio carnis, & animæ hæc Tho. Et 3. ſent. Dion. 22. q. p. art. 1. dicit ſic. Perſona Filij Dei non ſubſiſtebat in natura humana in illo triduo, quia non erat vnio animæ, & corporis. Ad hoc enim quod ſit homo non ſolum oportet quod anima, & corpus vniantur in perſona; Sed etiam ad conſtitutionem naturæ vnius. Si enim proprie loquamur, hoc nomen homo, ſignificat corpus, & animam coniuncta ad conſtituendam naturam humanam; quód quidem ſit per hoc quód corpus informatur anima, quod in illo triduo non fuit. Non eſt autem in vſu huius nominis homo, quod ſignificat animam, & corpus diuiſa. hæc Tho. In hac ſeparatione humanitatis à Diuinitate; humanitas illa non erat adoranda adoratione Latriæ, Quia vt iam dictum eſt. humanitas non fuit in illo triduo vnita Diuinitati. Vnde. S. Tho. 3. p. q. 25. art. 2. in R. Principali dicit ſic Honor adorationis debetur ypoſtaſi ſubſiſtenti, tamen ratio honoris poteſt eſſe aliquid non ſubſiſtens propter quod honoratur perſona cui illud ineſt. Adoratio igitur humanitatis Chriſti dupliciter poteſt intelligi. Vno modo vt ſit eius ſicut rei adoratæ, & ſic adorare carnem Chriſti nihil eſt aliud quam adorare Verbum incarnatum, ſicut adorare veſtem regis, nihil eſt aliud quam adorare Regem veſtitum, & ſic adoratio humanitatis Chriſti, eſt adoratio latriæ. Alio modo poteſt intelligi adoratio humanitatis Chriſti, quæ ſit ratione humanitatis perfecte omni munere gratiarum. Et ſic adoratio humanitatis Chriſti, non eſt adoratio latriæ, ſed Duliæ: ita ſcilicet quód vna, & eadem perſona Chriſti adoretur adoratione latriæ propter ſuam dignitatem, & adoratione Duliæ, propter perfectionem humanitatis. Nec hoc eſt inconueniens, quia ipſi Deo patri debetur honor latriæ propter Deitatem, & honor Duliæ propter Dominium quo creaturas gubernat. Vnde ſuper illud pſal: Domine Deus meus in te ſperaui dicit gloſa. Domine, omnium propter potentiam; cui debetur Dulia. Deus omnium cui debetur

Dicere Chriſtum in triduo mortis hominẽ fuiſſe ſimpliciter erroneum eſt.

Vnio carnis & animæ per mortem ceſſauit, non autẽ verbi ab anima, vel carne.

Homo, ſignificat corpus, & animam.

Honor adorationis debetur ypoſtaſi ſubſiſtenti

Adoratio humanitatis Chriſti duplex.

Adorare carnem Chiſti nil aliud eſt quam adorare verbũ incarnatum.

Deo Patri debetur honor latrię & Duliæ.

betur Latria propter Creationem. hæc Tho. Vnde ſuper illud Pſal. Adorate ſcabellum pedum eius; quoniam ſanctum eſt: dicit gloſa. Caro a Dei verbo aſſumpta ſine impietate adoratur a nobis, quia nemo carnem eius ſpiritualiter manducat: niſi prius adoret, nec illa dico adoratione Latriæ, quæ latria ſoli creatori debetur. Super quo verbo ſanctus Thomas vbi ſupra in R. ad primum argumentum dicit ſic. Gloſa illa non eſt ſic intelligenda quaſi ſeorſum adoretur, caro eius ab eius Diuinitate. Hoc poſſet contingere ſolum hoc modo. Si eſſet alia ypoſtaſis Dei & hominis. Sed quia vt dicit Damaſcenus. Si intelligas ſubtilibus intelligentijs quod videtur ab eo quod intelligitur: inadorabilis eſt vt creatura ſcilicet adoratione latriæ, & tunc ſic intellige, vt ſeparate à Dei verbo; debetur ſibi adoratio duliç, non cuiuſcunque, puta quç cõmuniter exhibetur alijs creaturis; ſed quædam excellentior quam yperduliam vocant, hæc tho. Quantum ad ſeparationem eorum quæ pertinent ad naturam humanam. Sciendum quod Sanguis Chriſti in triduo mortis eius fuit ſeparatus à corpore. Nam in ſacrificijs veteris legis hoc generaliter ſeruabatur; quod ſanguis, & adeps non veniebant neque in vſum ſacerdotum, neque in vſum offerentium: ſed ſanguis effundebatur ad pedes altaris in honorem Dei, Adeps autem comburebatur in igne. Sanguis enim eſt maxime neceſſarius ad vitam, ratione cuius, anima dicitur eſſe in ſanguine; adeps vero abundantiam nutrimenti demonſtrat. Et ideo vt oſtenderetur, quod a Deo, nobis eſt, & vita, & omnis bonorum ſufficientia, ad honorem Dei effundebatur ſanguis, & adurebatur adeps. Et propter hoc figurabatur effuſio ſanguinis Chriſti & pinguedo Charitatis eius, per quam ſe obtulit Deo patri pro nobis. Vnde S. Th. 3. p. q. 76. art. 1. in R. ad 1. arg. dicit ſic. Quia conuerſio panis, & vini, non terminatur ad Diuinitatem, vel ad animam Chriſti, conſequens eſt quod Diuinitas, vel anima Chriſti, non ſit in hoc Sacramento ex vi Sacramenti. Ex vi enim Sacramenti eſt ſub ſpeciebus huius Sacramenti, id in quod directe conuertitur ſubſtantia panis, & vini, pręexiſtens pro vt ſignificatur per verba formæ, quæ ſunt effectiua in hoc Sacramento ſicut & in cęteris puta cum dicitur. Hoc eſt corpus meum, vel Hic eſt ſanguis meus, vbi nulla ſit mentio de anima Chriſti, nec de eius Diuinitate, quæ tamen ſunt in hoc Sacramento ex reali concomitantia. Eſt enim in hoc Sacramento ex reali concomitantia, illud, quod realiter eſt coniunctum ei, in quod prædicta conuerſio terminatur. Si enim aliqua duo realiter ſint coniuncta, vbicunque eſt vnum realiter, oportet & aliud eſſe. Quia verò Diuinitas Chriſti, corpus aſſumptum nunquam depoſuit; vbicunque eſt corpus Chriſti, neceſſe eſt, eius Diuinitatem eſſe: Et ideo neceſſe eſt in hoc Sacramento Diuinitatem eius eſſe cõcomitantẽ eius corpus. Vnde in ſimbolo Epheſino

Sanguis Chriſti in triduo mortis eius ſeparatus fuit a corpore.

Aĩa dicitur eſſe in ſanguine.

Vbicũque eſt corpus Chriſti ibi eſt Diuinitas.

ſino

ſino legitur: participes efficimur corporis, & Sanguinis Chriſti; non vt communem carnem percipientes viri ſanctificati, & verbo cōiuncti ſecundum dignitatis vnitatem, ſed vere viuificantem, & ipſius Verbi propriam factam. Anima vero realiter fuit ſeparata a corpore; vt dictum eſt. Et ideo ſi in illo triduo mortis, fuiſſet hoc Sacramentum celebratum; non fuiſſet ibi anima nec ex vi Sacramenti, nec ex reali concomitantia. Sed quia Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, vt dicitur ad Romanos 6. Anima eius ſemper eſt realiter corpori vnita. Et ideo in hoc Sacramento corpus Chriſti eſt ex vi Sacramenti. Anima autem ex reali concomitantia. hæc Thom. De ſanguine vero Chriſti eadem. q. art. 2. in Reſp. principali dicit ſic. Certiſſime tenendum eſt quod ſub vtraque ſpecie, totus eſt Chriſtus, ſed aliter, & aliter. Nam ſub ſpeciebus panis eſt quidem corpus Chriſti ex vi Sacramenti. Sanguis autem ex reali concomitantia, ſicut anima, & Diuinitas, eo quod nunc ſanguis Chriſti non eſt ab eius corpore ſeparatus, ſicut fuit tempore paſſionis, & mortis. Vnde ſi tunc fuiſſet hoc Sacramentum celebratum ſub ſpecie panis, fuiſſet corpus Chriſti ſine ſanguine, & ſub ſpecie vini, ſanguis ſine corpore, ſicut erat in rei veritate. hæc Thom.

Si in triduo mortis celebratum fuiſſet Sacramentum Euchariſtiæ, ibi non fuiſſet anima nec ex vi Sacramenti, nec ex reali concomitantia.

Si in triduo celebratum fuiſſet Sacramentum ſub ſpecie panis fuiſſet corpus ſine ſāguine, & ſi ſub ſpecie vini ſine corpore.

Quare autem ſit ſeorſum conſecratio panis, & vini S. Thomas ibidem in Reſp. ad primum argum. declarat ſic. Quamuis totus Chriſtus ſit ſub vtraque ſpecie; non tamen fruſtra, ſeorſum ſanguis conſecratur. Nam primo quidem hoc valet ad repreſentandam paſſionem Chriſti, in qua ſanguis ſeorſum fuit a corpore. Vnde & in forma conſecrationis ſanguinis fit mentio de eius effuſione. hæc Thom. Et in 4. ſent. diſt. 8. quæſt. 2. art. 2. quæſt. 1. in Reſp. ad 2. arg. dicit ſic. Cum Euchariſtiæ Sacramentum ſit memoriale Dominicæ paſſionis, in conſecratione corporis, non repreſentatur niſi paſſionis ſubiectum; ſed in conſecratione ſanguinis, repreſentatur paſſionis myſteriū. Non enim a corpore Chriſti ſanguis eius ſeorſum fuit, niſi per paſſionem. Verba autem quæ apponuntur in forma conſecrationis ſanguinis, quamuis ſint vt proprietates conſequentes Chriſti ſanguinem, inquantum huius: ſunt tamen eſſentiales ſanguini Chriſti inquantum eſt per paſſionem effuſus. Non autem ſeorſum conſecraretur a corpore ſanguis Chriſti, ſicut nec aliæ partes corporis, niſi pro eo quod eſt in paſſione effuſus. hæc Tho. Et ibidem artic. 4. dubio primo in Reſp. ad 1. arg. dicit ſic. Cauſa autem quare diuiſim ſanguis a corpore conſecratur, cum nunc non ſit diuiſus, poteſt ſumi ex eo quod per Sacramentum repreſentatur. Quia in paſſione, ſanguis Chriſti a corpore diuiſus fuit. hæc Thom. In hac autem ſeparatione ſanguinis a corpore Chriſti: quamuis ſanguis remanſit ſub forma ſanguinis, non tamen debetur ſibi adoratio latriæ: Cuius ratio eſt, quia latria debetur Deo de rōne

Quare ſit conſecratio panis, & vini ſeorſum.

Sanguis, quia eſt effuſus a corpore ideo ſeorſum conſecratur.

Latria debetur Deo de rōne creationis.

F creatio-

creationis. Vnde S. Th. 3. ſent. d. 9. q. 1. art. 2. Dub. p. in Reſp. principali dicit ſic: Duplex eſt modus quo aliquis honoratur. Aliquid enim honoratur, & ratione ſui, & ratione alterius: Secundum Philoſophum enim in primo Ethicorum: laus, & honor in hoc differunt: Quod laus debetur alicui propter bonitatem, quam habet ex ordine ad alterum, vt quando facit actum congruentem. Honor autem debetur alicui propter bonitatem, quam habet ſecundum ſe. Vnde ſecundum ipſum, laus debetur homini propter actus virtutum, qui ordinantur ad fœlicitatem. Honor autem debetur Deo, & Diuinis. Vnde ſicut laus non debetur niſi actui, vel agenti qui eſt dominus actus, quaſi per electionem agens. Ita etiam nec honor, quamuis etiã, nec honor debeatur actui ſicut laus, ſed magis agenti. ergo ratione ſui honoratur illud cuius eſt per electionem agere, ſed ratione alterius honoratur, quod honorati eſt. Vnde parti hominis ſecundum ſe conſiderate, non debetur honor niſi ratione alterius. Id autem cuius eſt agere, perſona eſt, vel ſuppoſitum, quia actiones indiuiduorum ſunt. Vnde quantum ad primum modum honoris, non debetur humanitati Chriſti honor, ſeparatim a perſona diuina, ſed in ipſa, & cum ipſa adoratur. Sicut manus cum homine. Et ideo ſecundum hoc debetur ſibi honor latriæ. Quantum autem ad ſecundum modum honoris qui partibus, & etiam rebus inanimatis exhibetur debetur ſibi per ſe reuerentia & honor, & ideo non debetur ſibi latriã, ſed dulia excellens, propter ſingularem modum dignitatis, quem habet ex vnione ad Verbum. Patet ergo quod honor quo aliquid honoratur ratione ſui, ad humanitatem Chriſti non pertinet, vt per ſe conſiderata, ſed ſolum honoratur vno honore cum ſuppoſito in quo eſt, & ſic debetur ei latria. Sed honor qui debetur ei ratione alterius pertinet ad eam etiam in ſe conſideratam, & ſic debetur ei dulia. Et quia ſecundum primum modum proprie aliquid honoratur magis, quam propter ſecundum. Ideo magis proprie dicitur quod adoratur latria, quam dulia Chriſti humanitas. Quæ quidem poteſt dupliciter conſiderari, vel pro vt intelligitur non coniuncta Verbo; & ſic non debetur ei latria. Sed hæc conſideratio eſt intellectu tantum, vel prout intelligitur vnita Verbo, & ſic poteſt honorari honore toto cum Verbo, & ſic debetur ei latria hęc Thomas. Hæc autem ſeparatio ſanguinis a carne, non derogat dignitati Chriſti in triduo. Illa enim ſeparata ſunt in morte Chriſti, quæ in Natiuitate eius naturaliter coniuncta ſunt; puta quantum ad naturalem vnionem, non autem quantum ad ſupernaturalem. Vnio autem Diuinitatis ad carnem, & vnio Diuinitatis ad animam, fuit ſupernaturalis, & miraculoſa. Vnio vero carnis cum anima, & vnio ſanguinis, & aliorum membrorum ad corpus, fuit naturalis: Ideo due prime non ſunt ſeparate, ſed due ſecunde. Caro Chriſti in triduo, caruit

Honoratur aliquis dupliciter modo.

Laus debetur homini, honor Deo.

Perſona eſt illa cuius eſt agere.

Actiones Indeuiduorum ſunt.

Sanguinis a carne ſeparatio non derogat dignitati Chriſti in triduo.

ratione,& ſenſu; habebat tamen ordinem ad animam,quę rationem, & ſenſum in ſe habet; huius autem ordo non ſufficiebat in primordio incarnationis; quia decuit Diuinitatem vniri carni, & animę ſolum, coniunctis, & non ſeparatis, vt ſupra oſtenſum eſt, quod quidem vnionis naturalis vinculum,non requirebatur in myſterio redemptionis; quia debuit conſumari per mortem Chriſti; ratione cuius, congruum fuit; vt illa quæ prius coniuncta erant ad tempus, ſepararentur, ſcilicet caro, & anima; pro quo quidem tempore ſufficiebat carni vnibilitas ad animam, vt eſſet idonea ad vnionem cum Diuinitate. Partes hominis ſeu naturæ humanę ſunt duplices, ſcilicet eſſentiales, vt anima, & corpus, & quædam ſunt partes integrales, vt manus,& pes, oſſa, nerui, ſanguis, & alij humores, & huius.Vnde ſanctus Thomas parte 1.q.76.art.8.in Reſp.principali dicit ſic. Attendendum eſt, quod quia anima requirit diuerſitatem in partibus corporis, non eodem modo comparatur ad totum corpus, & ad partes eius,ſed ad totum, primo & per ſe,ſicut ad proprium, & proportionatum perfectibile; Ad partes autem per poſterius,ſecundum quod habent ordinem ad totum corpus. Vnde, anima, eſt perfectio corporis organici,ſicut primi, & perfecti, & proportionati perfectibilis, ſed vna pars corporis dr eſſe principalior alia, propter potentias animæ diuerſas, quarũ ſunt organa partes corporis: Vnde illa quæ eſt principalioris potentiæ organum,eſt principalior pars corporis,vel quæ etiam eidem potentiæ principalius deſeruit.hæc Tho. Et 4.ſent.diſt.11.q.1.art.1.Dubio.3.in Reſp. ad 2.arg.dicit ſic. Anima non eſt forma, quæ perficiat vniformiter ſuum perfectibile in toto, & in omnibus partibus; Vnde ſingulę partes corporis,ex anima conſequuntur perfectionem eis proportionatam. Vnde quamuis in anima Chriſti ſecũdum quod eſt perfectio totius non conuertatur aliquid; tamen tranſubſtantiatur ſubſtantia panis tota, & quantum ad formam, & quantum ad materiam in ipſum corpus Chriſti totum, ſecundum quod intelligitur accepiſſe congruentes perfectiores in ſingulis partibus, quia ſic eſt organicum, & propria animæ materia. hæc Tho.Sciendum tamen quod inter potentias animæ, quædam profluunt ab ea, ſecundum quod excedit totam corporis capacitatem, ſcilicet intellectus, & voluntas. Vnde huius potentiæ in nulla parte corporis eſſe dicuntur. Alię vero potentię ſunt communes animæ & corpori,& quarum quælibet eſt in ea parte corporis, quæ eſt proportionata ad talis potentiæ operationem. Ex parte animæ ſolius, ſunt intellectus, & voluntas; & ex his integratur anima, cui vnita fuit Diuinitas in triduo: quando Chriſtus deſcendit ad inferos. Ex parte corporis, & animæ ſimul ſunt potentia vegetatiua, & ſenſitiua, ex quibus integratur totum corpus,cui fuit vnita Diuinitas, ſed intriduo remanſit in corpore Chriſti ordo organorum

Caro Chriſti in triduo caruit ratione,& ſenſu, habebat tamen ordinẽ ad animam.

Partes humanæ naturę sũt duplices.

Aĩa eſt perfectio corporis organici.

Intellectus,& voluntas ſunt potentiæ ſolius animæ.

corporis, ad hoc vt perficerentur per potentias, tam vegetatiuam, quam ſenſitiuam. Quia vero ſanguis eſt nutrimentum in animalibus, vt dicitur in libro de morte, & vita; Ideo ſanguis, habet naturalem ordinem ad corpus. Sanguis autem dupliciter accipi poteſt; Vno modo pro humore quodam complexionali diſtincto contra alios humores, vt a melanconia, colera, & huius. Et ſic ſolus ſanguis non nutrit; Cuius ratio eſt; quia ex eiſdem ſumus, & nutrimur, vt dicitur primo de generatione, ſed non ſumus ex ſolo ſanguine, imo ex miſtis, alias cęteri humores ſuperfluerent, quod eſt falſum. Nam partes animalium ſunt diuerſimode diſpoſite, vt oſſa ſunt frigida, & ſicca; & ſic nutriuntur melanconia, quia quodlibet nutritur ex ſibi ſimili; Quædam autem ſunt ſanguineæ naturæ; Quædam autem ſunt diuerſimode diſpoſite, quæ diuerſis humoribus nutriuntur. Alio modo accipitur ſanguis pro tota meſſa alimenti digeſti in corde, vbi eſt tertia digeſtio, & in hac maſſa ſunt omnes humores ex quibus ipſa componitur, & ſic ſolum illud quod accipit vnitatem vel diſpoſitionem mouendi ad ſingula membra natum eſt nutrire. Vnde purius, & ſubtilius in ſubſtantia, & purius in qualitate, mittitur ad partes ſuperiores. Impurius autem, & groſſius, mittitur ad partes inferiores. Sed maſſa alimenti non habet iſtam virtutem, niſi quando aliquid eſt derelictũ ex tertia digeſtione celebrata in corde, & in iſto ſanguine conſeruatur vita animalis. Quia vita cõſiſtit in calido, & humido, vt dicit Philoſophus; Sanguis autem eſt calidus, & humidus, & iſte ſanguis eſt alimentum in animalibus, qui etiam eſt dulcis, cuius dulcedo cauſatur ex humido digeſto a calido, vt dicitur libro de ſenſu, & ſenſato. Et hoc modo ſanguis eſt de veritate ideſt de conſeruatione vitæ corporis humani. Profluit enim vita hominis formaliter ab anima ſecundum potentiam vegetatiuam, quæ exercet ſuas operationes inſtrumentaliter, per qualitates actiuas, & paſſiuas; quæ ſunt naturalium operationum principia. Huius autem vegetatiui principij operatio, completur mediante calore, cuius eſt humidum digerere, per quod quidem principium corpus viuentis ſaluatur inſtrumentaliter in eſſe, & quantitate debita. In ſeparatione autem huius ſanguinis a corpore; perijt, & deſinit vita corporis viuentis, propter ſeparationem principaliter animæ a corpore, & ita ſubtrahitur potentia vegetatiua, quę remanet radicaliter in anima ſeparata, aptitudinaliter in corpore; inſtrumentaliter vero in ſanguine. Licet non actualiter. Quia vero in ſanguine ſeparato a corpore non remanet ordo ad animã, niſi ſecundum potentiam vegetatiuam tantum, & inſtrumentaliter; in corpore autem mortuo, remanet ordo ad animam ſecundum omnes potentias materiales, ſcilicet vegetatiuam, & ſenſitiuam, radicaliter, & ſubſtantiue; Ideo dicitur quod in triduo Diuinitas fuit vnita corpori Chriſti

Sãguis habet ordinem naturalẽm ad corpus.

Vita conſiſtit in calido, & humido.

Sanguis, qũo ſit de veritate humanæ vitę.

Vegetatiui principij operatio cõpleatur mediante calore.

Ratio, quare Diuinitas ypoſtatice vnita fuit corpori, & non ſanguini in triduo mortis.

Chriſti ypoſtatice,& perſonaliter,non autem ſanguini. Vnde S.Thomas 3.ſent.diſt.2.q.1.art.1.dubio 3.in Reſp.ad 3.arg.dicit ſic. Si autem ſeparentur aliquæ partes,quæ non eſſent de veritate humanæ naturę, non remaneret in eis ordo ad naturam humanam, cui principaliter aſſumptio debetur, & ideo non remaneret vnio, nec debitum latriæ. hæc Thom. Et ſi dicatur, quod corpus non habet ordinem ad totam animam, quia non pertingit ad partem intellectiuam, cum illa excedat corporis capacitatem. Reſpondetur, quod virtus cogitatiua in homine, aliquid participat de intellectu. Vnde S.Thomas in tractatu de principio indiuiduationis capite primo circa finem dicit ſic. Quiditas rei materialis in ipſa ſua particularitate, eſt obiectum rationis particularis; cuius eſt de intentionibus particularibus conferre, loco cuius in brutis eſt extimatiua naturalis. Hæc enim potentia per ſui coniunctionem cum intellectu; Vbi eſt illa ratio,quę confert de vniuerſalibus; participatum collatiuam, ſed quia pars ſenſitiua eſt,non abſtrahit omnino a materia hæc Thom. Et par.1.q.78.art.4.in Reſp. ad 5.arg.dicit ſic. Quandam eminentiam habet cogitatiua, & memoratiua in homine, non per id quod eſt proprium ſenſitiuæ partis, ſed per aliquam affinitatem, & propinquitatem ad rationem vniuerſalem, ſecundum quandam refluentiam,etiam intellectus operatio oritur a ſenſu; Vnde in re apprehenſa, per ſenſum multa intellectus cognoſcit, quæ ſenſus percipere non poteſt, hæc Thom. remanet igitur in corpore mortuo organico hominis, ordo quidam naturalis ad animam, & ſecundum eſſe formale, & ſecundum omnes eius potentias. Similiter in anima ſeparata a corpore, remanet ordo naturalis, vt perficiat corpus ſecundum eſſe formale, & ſecundum omnes eius potentias. Ideo congruum fuit, vt Diuinitas remaneret perſonaliter vnita tam corpori quam animæ Chriſti in triduo. Talis autem ordo non remanſit in ſanguine effuſo in triduo; propterea Diuinitas non fuit perſonaliter vnita ſanguini in triduo.

Virtus cogitatiua in homine aliquid de intellectu participat.

CAPVT XIIII.

In hoc capite tractatur de modo ſeparationis ſanguinis Chriſti a Diuinitate eius.

PRæter modos ſupradictos. Quidam doctores ponunt alium modum ſeparationis, quo ſcilicet ſanguis Chriſti in triduo mortis eius fuit ſeparatus a Diuinitate. Dicũt enim quod in triduo non fuit vnita Diuinitas cum ſanguine; Sicut cum corpore, & anima. Quod probant ratione, & auctoritate. Ratione ſic. Secundum communicationem ydyomatum, in triduo fuit verum dicere, Deus eſt ſepultus, eo

Sanguis Chriſti in triduo mortis ſeparatus fuit a Diuinitate,& ad inferos deſcẽdiſſe in illo triduo verum erat dicere.

quod

Deum in cruce effuſũ fuiſſe non fuit verum dicere, quod corpus cui Diuinitas fuit coniuncta erat ſepultum. Similiter fuit verum dicere Deus deſcendit ad inferos, quia anima Chriſti, cui Diuinitas erat vnita, illud deſcenderat, & tamen non fuit verum dicere in illo triduo Deus eſt effuſus in cruce, cum tamen ibi eſſet ſanguis Chriſti. Nec Deus iacet effuſus ſuper terram, cum tamen ſanguis Chriſti fuerit effuſus ſuper terram; licet enim ſanguis intra corpus fuerit vnitus Diuinitati ſicut & ipſum corpus, tamen ex quo fuit effuſus a corpore, non fuit vnione corporis vnitus. Auctoritate ſic patet. Quia vt Beatus Auguſtinus libro 3. de Trinitate dicit. communicatio ydyomatum eſt nota talis vnionis; ſed in illo triduo non fuit huius communicatio, vt probatum eſt, ideo nec vnio. Aliorum autem opinio eſt, quod Diuinitas perſonaliter fuit vnita ſanguini Chriſti in triduo, quod confirmat multipliciter.

Diuinitatem Chriſti perſonaliter vnitã fuiſſe ſanguini in triduo, probatur tripliciter.

Arg. 1. Primo quia Verbum Dei nunquam depoſuit quod in noſtra natura aſſumpſit, partibus naturæ humanæ ab inuicẽ in paſſione ſeparatis. Sed Verbum Dei in natura noſtra non ſolum corpus, ſed etiam ſanguinẽ aſſumpſit. Ergo ſanguis ille nunquã fuit a Verbo depoſitus.

Arg. 2. Secundo, quia Verbum Dei non depoſuit illud, quod eſt de veritate humanæ naturæ. Sed ſanguis Chriſti in paſſione effuſus, fuit de veritatæ humanæ naturæ. Nam & ſacer dicitur. iuxta illud. Quem ſacer cruor perunxit fuſus agni corpore: ergo Verbum Dei ſanguinem iſtum non depoſuit.

Arg. 3. Tertio quia pretium redemptionis humanæ, ſanguis Chriſti eſt, ſecundum illud Leonis Papæ in ſermone de Natiuitate Domini. Noli te iterũ ſeruituti diaboli ſubijcere, quia pretium tuum ſanguis Chriſti eſt. Sed Verbum Dei eſt pretium redemptionis humanæ, ſecundũ illud. Se naſcens dedit ſocium, conueſcens in edulium, ſe moriens in pretium; ergo Verbum Dei fuit vnitum perſonaliter huic ſanguini in cruce effuſo.

Pro veritate dubij ponitur concluſio.

Pro veritate dubij pono iſtam concluſionem, ſcilicet Probabiliter poteſt teneri quod Verbum Dei non fuit perſonaliter vnitum ſanguini Chriſti effuſo in triduo paſſionis. Quamuis publice non debeat fidelibus prædicari. Quod Diuinitas non habuerit ad ſacrum ſanguinem aliquem modum vnionis. Pars prima patet, quia ex certitudine auctoritatis. Non eſt nobis determinatum, vtrum Diuinitas fuerit vnita ſanguini Chriſti in cruce effuſo; Sicut nec vtrum anima Chriſti ſtatim poſt ſeparationem a corpore, fuerit impaſſibilis effecta. Quemadmodum magiſter ſententiarum tangit in tertio ſententiarum diſtinctione 18. Vnde ſine periculo fidei poteſt quis vtrumque eorum ſentire. Verumtamen probabilitati rationis magis conſonare videtur; quod anima Chriſti ſtatim poſt ſeparationem a corpore fuerit impaſſibilis, eodem modo probabilitati rationis magis conſonat,

Anima Chriſti ſtatim poſt ſeparationem a corpore fuit impaſſibilis.

quod

quod Diuinitas non fuerit vnita perſonaliter ſanguini Chriſti in triduo paſſionis. Cuius ratio eſt. quia ſanguis non eſt pars eſſentialis nec integralis humanæ naturæ, ergo Diuinitas non fuit vnita perſonaliter ſanguini Chriſti effuſo: antecedens probatur multipliciter. Antecedens multipliciter probatur.

Primo ſic Sanguis non eſt pars eſſentialis; quia non eſt pars eſſentialis intrinſece, & eſſentialiter conſtitutiua hominis: Anima enim & corpus conſtituunt per ſe vnum; quia hæc eſt potentia: illud vero actus, vt dicitur ſecundo de anima, Nec eſt pars eſſentialis diſinitiua hominis, vt conſtat, Nec eſt pars integralis; cum enim eadem ſit forma totius hominis compoſiti, & ſuarum partium integralium: eo quod anima intellectiua eſt tota in toto, & tota in qualibet parte eius. In homine autem non eſt niſi vna forma ſubſtantialis, puta anima intellectiua, vt probatum eſt ſupra capite tertio. Nihil etiam eſt in potentia ad illud quod iam habet. Si ſanguis eſſet pars hominis integralis, tunc anima intellectiua eſſet forma eius: ergo ſanguis non eſſet in potentia ad animam intellectiuam quod eſt falſum. Quia alimentum eſt potentia ad formam aliti, cum traſmutatur in ſubſtantiam aliti; vt dicitur ſecundo de anima. Sed in animalibus habentibus ſanguinem, ſanguis eſt vltimum alimentum, vt dicitur libro ſecundo de partibus animalium, & ſic ſanguis non eſt in potentia ad animam intellectiuam, cum illam habeat actu. Etiam ſi ſanguis eſt pars integralis hominis, cum aliqua membra immediate nutriantur ex ſanguine, vt dicit Auicena. Sunt quædam membra, quorum complexio eſt ſanguini propinqua, non ergo indigent ſanguine in eorum nutrimento multotiens conuerti: ſicut carnis. Qua propter in ea neque foramina facta fuerunt in ventriculis, in quibus aliquanto tempore nutrimentum per eis dirigitur immoraretur; vt exinde caro nutriatur; immo illico nutrimentum, quod eis occurrit in ipſam conuertitur. Hæc Auicena. ergo aliqua membra immediate nutriuntur ex parte ſui quod eſt falſum.

Primo. Sanguis non eſt pars eſſentialis conſtitutiua hominis.

Alimentum eſt potẽtia ad formam aliti.

Secundo ſic Signetur primum inſtans in quo Embrio ſit formatus caro, habens omnia membra principalia, & ſpermatica iam completa, pro quo inſtanti anima in ipſum inducitur perficiens ipſum in eſſe vitæ. Conſtat quod pro iſto inſtanti non eſt ſanguis. Natura enim non generat ſanguinem in corpore, niſi mediante Epate. quod eſt omnium humorum corporis principale membrum generatiuum. Sed vt ab Epate generetur ſanguis, neceſſe eſt vt recipiat materiã ad generandum ſanguinem proportionatam aliunde, quæ ſolum poſt eius generationem ab eo recipietur; ergo pro illo inſtanti erit corpus humanum ſine ſanguinis præſentia, & ita ſanguis non eſt pars corporis humani. Confirmatur, quia natura in generatione fetus, producit venam

Secundo.

Epar eſt omnium humorum corporis principale membrum.

nam vmbilicalem, quę cum venis matricis colligatur, per quam Epar trahit partem ſanguinis purioris menſtrui contenti in venis matricis, ex quo generatur ſanguis conueniens nutrimento omnibus membris. Sanguis autem menſtruus ex quo humanum corpus componitur, tranſit in ſpeciem carnis, vt ſupra oſtenſum eſt. ergo per aliquod tempus Epar quærit materiam aliunde pro generatione ſanguinis congrui ad nutritionem membrorum. Et ita cum ſanguis formaliter non viuat, non eſt pars viuentis.

Sanguis menſtruus tranſit in ſpeciem carnis.

Sanguis non eſt pars uiuentis.

Tertio ſic; Illud eſt pars animati quod eſt formaliter animatum: Sanguis autem non eſt formaliter animatus; cúm non denominetur formaliter neque ęger, vt dicit Auicena; Nam vt dicitur libro de ſenſu & ſenſato: Sanitas, & egritudo ſunt paſſiones corporis viuentis. ergo ſanguis non eſt pars hominis.

Sanitas, & egritudo ſunt paſſiones corporis viuentis

Quarto ſic Illud eſt formaliter animatum, cui per ſe competit propria operatio corporis animati, precipue prima; quæ eſt nutrimento vti; vt dicitur ſecundo de anima; ſed huius operatio non per ſe competit ſanguini. Prima enim operatio corporis animati eſt nutritio, quæ eſt conuerſio alimenti in ſubſtantiam aliti, facta à forma, & virtute nutriti ex alimento in partibus aliti aſſumpto, conuerſo in alitum loco deperditi. Hæc autem operatio non competit ſanguini, quia cum reſtauratur ſanguis non fit a forma, & virtute ſanguinis, ſed Epatis; nec fit iſta reſtauratio ex nutrimento aſſumpto in poroſitatibus, aut partibus ſãguinis reſtaurati; Sed fit hæc reſtauratio ꝑ adhesionem ſanguinis ſanguini. Sicut aqua adhęret aque, & auget ipſam; ergo non eſt formaliter viuens; Confirmatur. Quia nutrimentum viuentis non eſt formaliter viuens. Nam alimentum eſt in potẽtia viuens, ſecundum Philoſophum ſecundo de anima. Quod autem eſt in potentia tale, non eſt formaliter, & actu tale. Sed ſanguis eſt nutrimentũ quo nutriuntur mẽbra corporis. ergo ſanguis nõ eſt formaliter aĩatus.

Operatio prima corporis animati eſt nutritio.

Sanguis non eſt formaliter viuens.

Quinto ſic omne quod eſt pars hominis, aut eſt continuum cum homine, aut cum aliqua eius parte, Nam pars integralis hominis eſt mẽbrum hominis, quod continuatur alteri membro; Sed ſanguis non eſt continuus cum aliqua parte hominis; quia libro. 12. de animalibus dicit Philoſophus. Quod ſanguis non eſt continuus carni, ſed vene ſũt tãquã vaſa sãguinis. Quod ſi eſſet cõtinuus alicui parti hominis, maximè eſſet cõtinuus cũ vena in qua continetur, quod non contingit, quia tunc foret vna & eadẽ ſuperficies media inter venã, & ſanguinem. Cum autem ſanguis fluat, & refluat per venam, ſic erit alia, & alia ſuperficies conceaua vltima venæ, quod eſt inconueniens, ergo ſanguis non eſt formaliter animatus, nec pars integralis hominis; confirmatur; Quia humores diſtinguuntur à membris. ſanguis autem eſt humor. ergo non eſt membrum.

Pars integralis hominis, eſt membrũ hominis.

Sanguis non eſt formaliter animatus, nec pars integralis hominis.

Sexto ſic. Impoſſibile eſt alimentum ante conuerſionem eius in ſubſtantiam aliti eſſe partem eius, vel ad veritatem naturæ ipſius pertinere. Sed ſãguis eſt cibus membrorum in corpore humano; ergo ante conuerſionem eius in membra, non eſt pars hominis, nec ad veritatem naturæ eius pertinet.

Sanguis eſt cibus membrorum in humano corpore.

CAPVT XV.

In hoc capite oſtenditur quomodo ſanguis ſit de veritatę naturæ humanæ licet non ſit pars eius eſſentialis, & quod in reſurrectione Chriſti ſanguis effuſus rediјt ad corpus eius, virtute Diuinitatis vnite perſonaliter corpori Chriſti, & quod aliquid de Sanguine Chriſti remanſit in terris.

QVamuis iſte rationes faciant aliqualem apparentiam. Quod ſãguis non ſit de veritatę naturæ humanæ; quia tamen ſuperius ex intentione Sancti Thomæ dictum eſt. Quod ſanguis eſt de veritatę naturæ humanæ. Pro huius clariori notitia ſciendum. quod aliquid eſt de veritatę naturæ humanæ multipliciter. Vno modo quia proprie pertinet ad eſſe humanæ naturæ, & ſic corpus organicum totum, & anima rationalis ſunt de veritatę humanæ naturæ. Sicut enim verum aurum dicitur quod habet veram formam auri; ita illud proprie pertinet ad eſſe humanæ naturæ quod participat formam humanæ naturæ; Vnde quicquid in partibus corporis apparet, totum originaliter, & implicite in anima continetur. Non enim homo poſſet eſſe perfectus, niſi totum, quod in anima implicite continetur, exterius in corpore explicetur; ita vt corpus animæ proportionaliter correſpondeat ſecũdum ordinem, quem habet ad animam rationalem

Eſſe de veritate humanę naturæ multipliciter ſumitur primo modo.

Homo non poſſet eſſe perfectus, niſi totũ qđ in animaimplicite continetur explicetur exterius in corpore.

Alio modo aliquid eſt de veritatę humanæ naturæ quia ordinatur. ad operationes animæ exequendas. Sicut cor. Epar. Manus, & pes, & huius Eadem enim eſt comparatio totius corporis ad totam animam, & partium corporis ad partes animæ vt dicitur ſecundo de anima. Quæ quidem membra conſiderantur non ſecundum habitudinem materiæ ad formam, ſed ſecundum habitudinem inſtrumenti ad agentem; & quia inſtrumentum non ſolum ſeruit ad exequendam operationem agẽtis; ſed etiã ad oſtendendam virtutẽ ipſius, ita virtus potentiarum animæ inſtrumentis corporeis demonſtratur.

Quod ordinatur ad exequẽdas operationes animę, eſt de veritate naturæ, vt cor, epa, manus, &c.

Tertio modo aliquid eſt de veritate naturæ humanæ quia ordinatur a natura ad vltimam perfectionem, quam natura operatur in indiuiduo, & habet propriam formam ſicut alie partes corporis, & continetur intra partes corporis: Sicut ſanguis, & alij tres humores; quos natura ordinat ad membra, quæ ex eis generantur.

Quod natura ordinatũ ad vltimam perfectionẽ, eſt de veritate naturæ vt ſanguis, & alij tres humores

Quarto modo aliquid eſt de veritate hnmanæ naturæ, quia pertinet ad conſeruationem aliarum partium; Sicut capilli, & vngues. Natura

Quod pertinet ad conſeruationē aliarum partium eſt de veritate naturæ vt capilli, vngues. Sicut ellemēta ſunt de perfectione vniuerſi; ſic & humores sūt de perfectione humani corporis.

tura enim retinet quandam humiditatem ad generationem capillorum,& vnguium ,quibus indiget ad membrorum conſeruationem . Sicut ergo ellementa ſunt in via generationis reſpectu corporū mixtorum, quia ſunt eorum materia. Non autem ita quod ſemper ſint in transeundo in corpore mixto: Ita etiam humores ſe habent ad membra . Et propter hoc, ſicut ellementa in partibus vniuerſi habent formas determinatas, ratione quarum ſunt de perfectione vniuerſi, ſicut & corpora mixta : ita etiam humores ſunt de perfectione corporis humani ſicut & aliæ partes , quamuis non pertineant ad tantam perfectionem ſicut aliæ partes . ſed nec ellementa habent ita perfectas formas ſicut mixta . Sicut autem omnes partes vniuerſi perfectionem conſequuntur non æqualiter, ſed vnaqueque ſecundum modū ſuum, ita etiam humores aliquo modo perficiuntur ab anima rationali , non tamen eodem modo ſicut partes perfectiores. Hanc diſtinctionem excepi ex dictis Sancti Thomæ 4. ſent. D. 44. art. 2. in R. dubiorum . Vnde non propter hoc quod ſanguis non eſt pars humanæ naturæ , ideo non vnitur ei verbum ypoſtatice , ſed propter rationē aſſignatā circa finem præcedentis capituli, & quia non eſt de veritate humanæ naturæ primo modo iam dicto , & per hoc patet reſponſio ad argumenta, quia ſunt impertinentia propoſito noſtro.

Quod eſt incorporationis vltimæ eſt de veritate naturæ, vt glutem.

Sunt alij duo modi ſecundum quos Aliquid eſt de veritate humanæ naturæ . Primus eſt vltimæ incorporationis , ſicut eſt Gluten . Quod quidē eſt humiditas quæ iā peruenit ad perfectionem vltimā quam natura intendit in corpore Indiuidui , quæ iam eſt dealbata, & incorporata membris, & hoc eſt de ſubſtantia membrorum .

Sexus diſcretionis eſt de veritate naturæ, vt sūt mēbra genitalia.

Secundus modus eſt ſexus diſcretionis, quæ manifeſtatur per membra genitalia deſeruientia generationi, quæ exercetur per membra illa, ad naturalis virtutis oſtenſionem ; ſicut enim cōſiderata natura Indiuidui, debetur diuerſa quantitas diuerſis hominibus; ita conſiderata natura Indiuidui debetur diuerſis diuerſus ſexus , & hæc diuerſitas competit perfectioni ſpeciei ; cuius diuerſi gradus implentur per dictam diuerſitatem ſexus . Iſtis ſex modis aliquid eſt de veritate humanæ naturæ . Vnde patet quod ſanguis Chriſti, eſt de veritate humanæ naturæ licet non ſit eius pars . Nec ſanctus Thomas potuit vnquam , quod ſanguis eſſet pars humanæ naturæ . Sed ſolum quod eſſet de veritate ipſius , vt iam declaratum eſt . Cuius ratio ſumitur ex proprietatibus ſanguinis naturalibus . Eſt enim ſanguis res neceſſaria homini , ſine qua vita hominis eſſe non poteſt ; & eſt materia propinqua, ex qua reſtaurantur membra, & congenerātur membrorum partes . ex cuius ſubtiliori parte producitur ſpiritus vitalis, naturalis, & animalis, calorem naturalem membri fouens, & adiumentum in operando prebens . Vnde omnia illa quæ in Chriſto re-

Sanguis Chriſti eſt de veritate humanæ naturæ licet nō ſit eius pars.

reſurgente ad corpus redierunt ſunt de veritatę humanæ naturæ in ipſo. Nam ſanctus Thomas 3. parte q. 94. arti. 3. in R. ad 3. arg. dicit ſic Sanguis qui de corpore Chriſti fluxit, cum ad veritatem humanæ naturæ pertineat, in Chriſti corpore ſurrexit, & eadem ratio eſt de omnibus particulis ad veritatem & integritatem naturæ humanæ pertinentibus. hæc Tho. Quod autem Diuinitas fuerit vnita carni Chriſti vnione perſonali in triduo mortis eius declarat ſanctus Thomas eadem parte quæſt. 93. artic. 1. in Reſp. ad 2. argum. vbi dicit ſic. Diuinitas erat carni Chriſti poſt mortem vnita vnione principali, non autem vnione naturæ: ſicut anima vnitur corpori vt forma ad conſtituendam humanam naturam. hæc Thomas. Quod autem Diuinitas fuerit vnita carni Chriſti vnione perſonali in triduo mortis eius declarat ſanctus Thom. eadem parte q. 93. art. 1. in Reſp. ad 2. arg. vbi dicit ſic. Diuinitas erat carni Chriſti poſt mortem vnita vnione principali, non autem vnione naturæ: Sicut anima vnitur corpori vt forma ad conſtituendam humanam naturam. hæc Thom. Quod autem Diuinitas fuerit vnita animæ Chriſti vnione perſonali in triduo declarat eadem parte quæſt. 90. art. 3. in Reſp. principali vbi dicit ſic. Secundum Auguſtinum. Si dixerimus quod Verbum Dei animam poſuit: ſequeretur quod anima illa, ſeparata eſt aliquando a Verbo, quod eſt falſum. Mors enim corpus ab anima ſeparauit a Verbo autem ſeparatam non dico. hæc Thomas. Et quæſt. 94. artic. 4. in Reſpond. principali dicit ſic. Per mortem non fuit ſeparata Diuinitas, nec ab anima Chriſti, nec ab eius carne. Poteſt igitur tam anima Chriſti mortui quam eius caro conſiderari dupliciter. Vno modo ratione Diuinitatis; Alio modo ratione ipſius naturæ creatæ; Secundum igitur vnitæ Diuinitatis virtutem, & anima reſumpſit corpus quod depoſuerat, & corpus reſumpſit animam, & hoc eſt quod de Chriſto dicitur 2. Corin. vltimo. Quod & ſi crucifixus eſt ex infirmitate noſtra, ſed viuit ex virtute Dei. Si autem conſideremus corpus, & animam Chriſti mortui, ſecundum virtutem naturæ creatæ, ſic non potuerunt ſibi inuicem reuniri; ſed oportuit Chriſtum reſuſcitari a Deo. hæc Thomas cuius reſurrectionis modum declarat ibidem in Reſp. ad 3. argu. vbi dicit ſic. corpus ſecundum naturam creatam non eſt potentius anima Chriſti, eſt tamen ea potentius ſecundum virtutem Diuinam, quæ etiam rurſus ſecundum Diuinitatem vnitam, eſt potentior corporæ ſecundum naturam creatam: & ideo ſecundum virtutem Diuinam, corpus, & anima mutuo ſe reſumpſerunt, non autem virtute naturæ creatæ. hæc Thom. Ex quibus patet quod Diuinitas non fuit vnita vnione perſonali ſanguini Chriſti in triduo mortis eius; ſed Diuinitas quæ erat vnita perſonaliter carni Chriſti, reduxit ad corpus Chriſti ſanguinem eius, & omnia pertinentia ad veritatem naturæ

Sanguis q ad veritatem naturæ pertinet, in corpore Chriſti ſurrexit.

Diuinitas poſt mortem vnita fuit carni Chriſti vnione principali, nō autem vnione naturæ.

Mors ſeparauit animam a corpore, non autē a Verbo.

Anima Chriſti mortui & eius caro dupliciter conſiderari poteſt.

Anima, & corpus Chriſti mortui ſecundum virtutem naturæ creatę non potuerūt ſibi inuicem vniri.

Diuinitas quę erat vnita carni Chriſti reduxit ad corpus ſanguinē eius.

humanæ in ipſo; ſicut virtute Diuinitatis vnite carni Chriſti, corpus reduxit animam ſecundum naturam creatam in ipſum corpus. Si forte aliquis obijciat. Quod ſit de intentione ſancti Thomæ, quod Diuinitas ſit vnita perſonaliter ſanguini Chriſti in triduo. Quia 9. quol. q. 3. art. 1. dicit. Quod Chriſtus aſſumpſit nunquam depoſuit: ſed Chriſtus aſſumpſit ſanguinem: ergo non depoſuit ipſum; Reſpondetur quod S. Thom. in iſto argumento non vult concludere quod Verbum fuerit vnitum perſonaliter ſanguini Chriſti in triduo: ſed quod illum ſanguinem non dereliquerit in terris poſt eius reſurrectionem tanquam alienum a veritate humanæ naturæ, ſicut ſunt quædam humiditates de quibus 4. ſent. diſtin. 44. q. 1. arti. 2. Dubio 2. in Reſp. principali dicit ſic. Quicquid pertinet ad integritatem humanæ naturæ in reſurgente, hoc totum in eo reſurget. Vnde opportet quod illa humiditas corporis, quæ ad integritatem ipſius pertinebat reſurgat in homine. Quædam enim humiditas eſt in recedendo a perfectione huius Indiuidui, vel quia eſt in via corruptionis, & a natura abicitur, ſicut vrina, ſudor, ſanies; lachrime: & huius; vel quia a natura ordinatur ad conſeruationem ſpeciei in alio Indiuiduo, ſiue per actum generatiuæ, ſicut ſemen; ſiue per actum nutritiuæ, ſicut lac, & nulla talium humiditatum reſurget, eo quod non eſt de perfectione Indiuidui reſurgẽtis. Quędã vero humiditas eſt in via trãſeundi de forma in formam, ſcilicet de forma humoris in formam membri, & talis humiditas non reſurget, quia poſt reſurrectionem partes ſingule in ſuis formis ſtabilientur, vt vna in aliam non tranſeat: & ideo non reſurget illa humiditas, quæ eſt in ipſo actu tranſeundi de forma in formã. Hęc autem humiditas poteſt in duplici ſtatu accipi; Vel ſecũdũ quod eſt in principio trãſmutationis, & ſic vocatur Ros. illa ſcilicet humiditas quæ eſt in foraminibus paruarum venarum. Vel ſecundum quod eſt in progreſſu tranſmutationis, & incipit iam dealbari, & ſic vocatur cambium. In neutro autem ſtatu reſurget. hæc Tho. Sunt etiam quædam aliæ ſuperfluitates, quæ expelluntur a natura, quaſi ad nihil vtiles ſicut feces, & pellicula abſciſa in circunciſione Chriſti, & ſuperfluitates pillorum, & vnguium. Hæc enim non redibunt ad corpus in reſurrectione, nec redierunt ad corpus Chriſti in eius reſurrectione. Ideo licet iſta fuerint aſſumpta a Chriſto, quia tamen non pertinebãt ad veritatem humanæ naturæ in Chriſto, fuerunt depoſita in eius reſurrectione, quaſi non pertinentia ad veritatem humanæ naturæ in Chriſto. Sanguis autem Chriſti cum pertineat ad veritatem humanæ naturæ nunquam fuit depoſitus, ideſt derelictus a veritate naturæ humanæ. Ideo in reſurrectione ad corpus redijt, & loquor de ſanguine naturali, de quo nihil remanſit in terra. Remanſit autem in terris aliquid de ſanguine nutrimentali: de quo S. Thom. parte prima q. vltima.

Obiectio.

Solutio.

Humiditas q̃ eſt in actu tranſeundi de forma in formam non reſurget.

De ſanguine Chriſti naturali nihil remanſit in terra, ſed de nutrimentali aliquid remãſit.

ma.art.primo in Reſp.ad tertium argum.dicit ſic. Ad humidum radicale pertinet totum illud, in quo fundatur virtus ſpeciei,quod ſi ſubtrahatur reſtitui non poteſt: ſi amputetur,manus aut pes, aut aliquid huius.Sed humidũ nutrimẽtale eſt quod nondũ peruenit ad ſuſcipiendum perfecte naturam ſpeciei, ſed eſt in via ad hoc; ſicut ſanguis, & huius. Vnde ſi talia ſubtrahantur, remanet adhuc virtus ſpeciei in radice quæ non tollitur. hæc Thomas.& de tali ſanguine remanſit in terra, & non redijt ad corpus Chriſti in reſurrectione. Vnde Papa pius ſecundus in quadam bulla extrauaganti directa conuentui Rupellæ ordinis Minorum dicit ſic; circa medium. Nos igitur qui de præmiſſis certam notitiam non habemus, attendentes, quod veritati fidei nullatenus repugnat affirmare Redemptorem noſtrum de ſanguine præfacto ob ipſius paſſionis memoriã aliquam partem in terris reliquiſſe, ac propterea deuotionem ipſorum fidelium plurimum conſeruari, & ſcandalis ipſis quantum in nobis eſt obuiare cupientes &c. Verbum autem Damaſceni, quod ſemel fuit aſſumptum nunquã fuit dimiſſum: intelligitur de principalibus partibus corporis, quæ concurrunt ad perfectionem hominis, & huius ſunt partes etherogenee, ſcilicet Cor. Epar. caput: manus: &c. Ille autẽ partes quæ ad veritatem humanæ naturæ non pertinẽt per ſeparationem earum a toto fuiſſent dimiſſe, imo totum ſub ratione totius fuit dimiſſum, quia totum integratum ex ſuis partibus non ſemper fuit vnitum, vt ſupra oſtenſum eſt. Tamen partes principales ſemper fuerunt vnite, & de iſtis loquitur Damaſcenus. Et ſic Chriſtus depoſuit totam naturam vnitam ex partibus in morte, quam aſſumpſit vnitam in incarnatione; quia non manſit tota natura integra ex partibus quam aſſumpſit, vnde Pſalmiſta dicit. Non derelinques animam meam in inferno, ſcilicet poſt reſurrectionem, nec dabis ſanctum tuum, ſcilicet corpus videre corruptionem, ideſt putrefactionem, ſcilicet poſt Chriſti reſurrectionem. Vt dicitur Actuum 2. cap.

De bulla Pij Papæ 2.

Declaratur dictum Damaſceni nempe. quod ſemel fuit aſſumptũ nunquam fuit dimiſſum.

CAPVT XVI.

In iſto capite tractatur de modis quibus debebat venerari ſanguis Chriſti effuſus in triduo tam in ſpecie propria, quam in ſpecie aliena.

SVppoſito igitur quod Verbum non fuerit vnitum perſonaliter ſanguini Chriſti effuſo, in triduo paſſionis. Supereſt inueſtigare quali veneratione debebat venerari ſanguis ille ſeparatus a corpore Chriſti in triduo mortis eius. Pro quo dico quod in relatione ad corpus Chriſti ad cuius veritatem pertinebat, debebat venerari adoratione latriæ; ſecundum ſe autem veneratione duliæ. Ad cuius euidentiam ſciendum.

Sanguis ſeparatus a Chriſti corpore in triduo in relatione ad corpus erat adorandus adoratione latriæ. ſecundum ſe vero Duliæ.

dum, quod ſecundũ Dominum Ioannem de Lignano ſuper Clementinam de fide Catholica cap. Fidei catholicę, Quædam mulier narrauit cuidam religioſo in viſione ſe vidiſſe, & audiuiſſe: quod quando Chriſtus fuit lanceatus non erat mortuus, quæ viſio falſa fuit, & Diabolica; vt in Euangelio Ioannis, & in hoc capitulo dicitur. Quia ſi non fuiſſet mortuus; ſanguis effuſus non fuiſſet figura ſacramentorum, eo quod ſanguis qui emanauit per flagella & coronam ſpineam, & aqua quæ fluxit pro ſudore cum cepit pauere, fuerunt ſigna vere humanitatis; Sed ſanguis, & aqua, quæ fluxerunt de latere Chriſti miraculoſe, & vltra naturam eius exiuerunt; cum de corpore hominis mortui ſanguis exire nõ poſſit. Vnde beatus Auguſtinus ſuper illo verſu pſal. Nunquid qui dormit non addiciet vt reſurgat. dicit ſic. Sicut de latere dormientis Adæ ſumpta eſt Eua vera vxor eius; Sic Chriſto dormiente in cruce de latere eius fluxerunt ſanguis, & aqua: quæ ſunt noſtræ redemptionis ſacramenta. Et ſuper 2. cap. Geneſis dicit ſic. Sicut prima mulier facta eſt de latere primi viri dormientis; Sic ſecundus Adam, ideſt Chriſtus inclinato capite in cruce dormiuit, vt inde formaretur vxor eius per id quod de latere eius fluxit ſanguis, & aqua. hæc Auguſtinus. De corpore igitur Chriſti mortuo effluxit ſanguis, & aqua, quod fuit ſupernaturale. Nam in corpore mortuo totus ſanguis colligitur in Epate tanquam in fonte ſanguinis, & in eo propter defectum caloris naturalis, & ſpirituum frigeſcit, & coagulatur: Et ſic eius diſcurſus per corpus prohibetur; vnde ſi corpus mortuum percuteretur, etiam in Epate. Sanguis impetuoſe non flueret. hæc Ioannes. Et ſanctus Thomas in poſtilla ſuper Ioannem dicit ſic. Hoc enim eſt valde miraculoſum vt de corpore hominis mortui in quo ſanguis congelatus eſt, ſanguis exundet: ſed ſi quis dicat quod hoc contingit propter calorem aliquem qui adhuc in corpore remanſit. Fluxus tamen aquæ verificari non poteſt quin miraculoſus extiterit: cum aqua exiens puriſſima fuit. Quod quidem factũ eſt, vt Chriſtus oſtenderet id quod erat, ſcilicet verus homo. In homine enim eſt duplex compoſitio, ſcilicet ex elementis, & ex humoribus; vnum autem elementorũ eſt aqua; inter humores, præcipuus eſt ſanguis. Item hoc factum eſt ad oſtendendum quod per paſſionem Chriſti plenam ablutionem cõſequimur, ſcilicet a peccatis, & maculis. A peccatis quidem per ſanguinem qui eſt precium noſtrę redemptionis primę Petri. primo: Redempti eſtis precioſo ſanguine Agni immaculati, & incontaminati Ieſu Chriſti. A maculis vero per aquam, quæ eſt lauacrum noſtræ redemptionis. Ezechielis 36. capit. Effundam ſuper vos aquam mundam; & Zachariæ 13. Erit fons patens domui Dauid in ablutionem peccatoris, & menſtruatę, & ideo hæc duo ſpiritualiter pertinent ad duo ſacramenta; Ad Baptiſmum aqua; Ad Euchariſtiam ſanguis,

Si Chriſtus in effuſione ſanguinis de latere percuſſo; nõ fuiſſet mortuus, ſanguis ille non fuiſſet figura ſacramẽtorum.

Effluxio ſãguinis, & aquæ de latere Chriſti iã mortui fuit ſupernaturale & miraculoſum.

Duplex compoſitio in homine.

Per ſanguinẽ redẽpti ſumus a peccatis.

Per aquam a maculis.

guis, vel vtrumque ad Euchariſtiam, quia in Sacramento Euchariſtiæ miſcetur aqua cũ vino, quamuis aqua non ſit de ſubſtantia ſacramenti. hæc Thom. Poſſumus autem loqui de ſanguine Chriſti in triduo dupliciter, vel in propria ſpecie, vel ſub aliena ſpecie occultato.

Sanguis, & aqua ad duo ſacramenta pertinent, ad Baptiſmũ aqua ad euchariſtiã ſanguis.

Primo modo adhuc dupliciter vel ſecundum quod habebat reſpectum ad corpus Chriſti, cui coniungebatur, vel ſecundum quod ſeparabatur. Primo modo, eadem veneratione adorabatur, qua & perſona Chriſti; Vnde ſanctus Thomas 3. ſent. diſt. 9. q. 2. artic. 1. in Reſp. principali dicit ſic. Inter omnes autem alias rationes excellentiæ illa eſt præcipua, qua creatura honoratur ratione vnionis ad creatorem. Sicut humanitas Chriſti, & quæ ad ipſam pertinent. Et ideo ſpeciali nomine yperdulia nominatur, quaſi ſuper Dulia ad latriam accedens. hæc Thom. Sicut etiam Crux Chriſti adorabatur adoratione latriæ propter duo, ſcilicet ratione perſonæ Chriſti pendentis in ea, & ratione ſanguinis Chriſti in ea decurrentis, ſic & ſanguis Chriſti hac ratione adorabatur, qua, & perſona Chriſti, quia erat ſanguis perſonæ Diuinæ, & humanæ. Nam propter quod vnumquodque, & illud magis, vt dicitur primo poſteriorum, ſed crux Chriſti adorabatur eadem ratione cum Chriſto propter effuſionem ſanguinis Chriſti. Secundũ illud Deus qui filij tui pretioſo ſanguine viuificæ crucis vexillum ſanctificari voluiſti &c. Ergo multo magis, & ſanguis Chriſti. Vnde ſanctus Thomas 3. par. q. 29. art. 4. in Reſp. principali dicit ſic. Honor ſeu reuerentia nõ debetur niſi rationali creaturæ; Creaturæ autem inſenſibili non debetur honor, ſeu reuerentia, niſi ratione naturæ rationalis, & hoc dupliciter. Vno modo inquantum repreſentat naturam rationalem. Alio modo inquantum ei quocũque modo coniungitur. Primo modo conſueuerunt homines venerare Regis imaginem, ſecundo modo eius veſtimentum. Vtrumque autem venerantur homines eadem veneratione, qua venerantur, & Regem. Si ergo loquamur de ipſa cruce in qua Chriſtus Crucifixus eſt, vtroque modo a nobis eſt veneranda. Vno ſcilicet modo inquantum repreſentat nobis figuram Chriſti extenſi in ea. Alio modo ex contactu ad mẽbra Chriſti, & ex hoc quod eius ſanguine eſt perfuſa. Vnde vtroq; modo adoratur eadem adoratione cum Chriſto, ſcilicet adoratione latriæ. hæc Thomas. Et ita ſanguis Chriſti hoc modo conſideratus vt repreſentabat paſſionem Chriſti, in quo quidem ſanguine inſtrumentaliter conſiſtebat vita Chriſti tanquam inſtrumento inanimato, ſicut in humanitate Chriſti tanquam inſtrumento animato, & ſic debebat adorari eadem adoratione qua perſona Chriſti. Si enim claui, quibus confixus fuit Chriſtus in cruce, & lancea qua latus eius apertum eſt, ſic debebat venerari; & corona eius ſpinea; de qua dicitur: In memoriam paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, coronam eius ſpineam veneramur

Dupliciter de ſanguine Chriſti in triduo loquitur.

Crux Chriſti adoratur adoratione latriæ propter duo.

Honor & reuerentia non debetur niſi rationali creaturæ.

Crux Chriſti eſt veneranda quia repreſentat figuram Chriſti in ea extenſi, & ratione cõtactus & q̃a ſuo ſanguine eſt perfuſa.

mur in terris, quanto magis ſanguis Chriſti? Vnde ſanctus Thomas vbi ſupra in Reſp.ad 3.argum.dicit ſic. Quantum ad rationem contactus membrorum adoramus non ſolum crucem ſed etiam omnia quę ſunt Chriſti. Vnde Damaſcenus in 4. libro dicit. Lignum vt ſanctificatum contactu ſancti corporis,& ſanguinis,decenter adoramus. Clauos, Indumentum, lanceam, & ſacra eius tabernacula. hæc Thomas. Si autem loquamur de ſanguine Chriſti ſecundo modo, vt erat ſeparatus a corpore Chriſti, eodem modo dicendum eſt de veneratione eius, ſicut de humanitate Chriſti ſi ſepararetur a Verbo, cui quidem humanitati non exiberetur adoratio latriæ ratione ſui ipſius, ſed ratione Diuinitatis cui vnitur, ſecundum quam Chriſtus non eſt minor Patre. Si enim Chriſtus deponeret naturam humanam, quam aſſumpſit,ſeparatio daret vtrique partium totalitatem,ſic & in continuis etiam dat eſſe actu vtriq; partium; Ideo ſuppoſito quod Chriſtus hominē deponeret, exiſteret homo ille per ſe in natura rationali, & hoc acciperet rationē perſonæ. Huic autem perſone ſic depoſite deberetur ratione excellentiæ, quædam excellens veneratio, ſcilicet yperduliæ, vt ſupra oſtenſum eſt, ſed qualis eſt comparatio totius ad totum: ſimilis eſt comparatio partis ad partem. Cum autem ſanguis Chriſti in triduo fuerit ſeparatus a corpore ſeu ab humanitate Chriſti, propterea ſibi non debebatur honor latriæ ſed Duliæ ſolum. Si vero loquamur de his in aliena ſpecie,vel materia; dicit ſanctus Thomas 3.par.q.24.artic.4.in Reſp.ad 3.argum.ſic. Iſta tamen non repreſentant imaginem. Sicut crux,quæ dicitur ſignum filij hominis:quod apparebit in cęlo,vt dicitur Mat.24.Ideoq.mulieribus dixit Angelus; Ieſum quęritis Nazarenū Crucifixū nō Iacentū.Et inde eſt;quod crucem Chriſti veneramur in quacunq; materia. Non autem materiam Clauorum,vel quorumcunque huius.hęc Tho. Sanguis autem Chriſti occultatur in ſacramento ſub ſpecie vini;de quo quidem ſanguine non eſt modo loquēdum poſt reſurrectionem Chriſti,ſed pro illo triduo ſi fuiſſet conſecratus.Circa hoc ſciendum: quod aut loquimur de facto,aut de poſſibili.De facto.ſi quæratur an ſanguis fuerit in illo triduo conſecratus.Reſpondetur ſecundum quod dicitur in libro qui vocatur rationale Diuinorum officiorum de miſſa diei Paraſceues; Poſtea deffertur corpus Domini priori die reſeruatum,& ponitur ſuper altare cum calice habente vinum aqua mixtum non ſanctificatum quaſi ipſo facto dicatur. Hoc eſt illud corpus de quo hodie profluxerunt ſanguis, & aqua, vel vt ſimplices dicamus. Iccirco ſanguinē non ſeruamus in calice ſed tantum corpus. Quia quod ſub ſicca ſpecie eſt; ſecuri ius ſeruatur quam quod ſub liquida.Dubium eſt autem apud doctores. Vtrum ad impoſitionem corporis in calicem vinum in ſanguinem commutetur. Scriptum quidem reperitur, quod nōn ſanctificatum

Ratione contactus membrorum, non ſolum crucē, ſed ēt omnia quæ Chriſti ſunt adoramus.

Crux dicitur ſignū filij hominis & ob idem veneramur crucē in quacunq; materia, non materiam clauorum vel quorumcunque huius.

Quęritur ſi in illo triduo vinum potuiſſet conſecrari.

Cur in paraſceue non ſeruatur ſāguis, ſed tantum corpus.

tum

tum per ſanctificatum ſanctificatur, ſed quod commutetur non. Sed Amelarius dicit quod per Dominicam orationem fiat conſecratio, ſeu commutatio vini in ſanguinem. Et hoc probat authoritate Beati Gregorij, qui aſſignans cauſam quare inſtituerit quod Dominica oratio in miſſa a ſacerdote dicatur. Dicit quod in primitiua Eccleſia, Apoſtoli ſola Dominica oratione vtebantur in conſecratione, & ita non tantum ad hæc verba. Hoc eſt corpus meum. Et hic eſt ſanguis meus fit tranſubſtantiatio, ſed etiam per Dominicam orationem, & ita hodierna die obſeruamus, ex parte, conſuetudinem Apoſtolorum. hæc ibi. Et in Rubrica ordinis noſtri prædicatorum dicitur ſic. Deinde ſacerdos corpus Domini de Pixide accipiat, & ante pedem calicis collocet: calicem cum vino & aqua pręparet. Deinde dicat voce mediocri, Oremus præceptis ſalutaribus moniti &c. Pater noſter. Sed libera nos &c. & corpus Domini in tres partes diuidat, & ſolitam partem corporis Domini in calicem mittat: nihil dicens. Poſtmodum prætermiſſa oratione; Domine Ieſu Chriſte, ad ſumptionem reliquarum duarum partium dicat. Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat me in vitam æternam. Amen. Deinde ſumens tertiam partem, quæ eſt in calice cum vino & aqua nihil dicat hæc ibi. Ecce quomodo ex ordinario noſtri ordinis, non poſſum dicere, quod vinum iſtud hac die ſit conſecratum, neque quod Diuinitas fuerit vnita perſonaliter ſanguini Chriſti; ſi etiam per Dominicam orationem fuiſſet conſecratum, vt dicebatur. Quãtum vero ad poſſibilitatem, ſuppoſito quod poſt mortem Chriſti aliquis Apoſtolorum confeciſſet hoc ſacramentum quantum ad vtranque ſpeciem; an ſanguini conſecrato fuiſſet vnita Diuinitas. Fuerunt quidam, qui dixerunt, quod non, quia formæ verborum pro tunc fuerunt ſuſpenſe. Vnde S. Thomas 4. ſent. diſt. 11. quæſt. vltima artic. vltimo. quęſt. 2. in Reſpon. principali dicit ſic. Quidã dicunt quod forma fuit ſuſpenſa in illo triduo, eo quod ſi prius conſecratum, fuiſſet reſeruatum; deſineret ibi eſſe Chriſto mortuo. Sed hæc friuola ſunt, quia nec ratione, nec authoritate confirmantur. hæc Tho. Poſito itaque quod pro tunc fuiſſet facta conſecratio panis, & vini per aliquem Apoſtolorum ſub propria forma a Chriſto in cena tradita, non eſt dubium, quod corpori Chriſti fuiſſet vnita Diuinitas. Sanguini autem non fuiſſet vnita perſonaliter ipſa Diuinitas. Vnde S. Thom. 4. ſent. diſt. 10. q. 1. art. 2. Dubio primo in Reſp. principali dicit ſic. In ſacramento altaris continetur aliquid dupliciter. Vno modo ex vi ſacramenti; Alio modo ex naturali concomitantia. Ex vi quidem ſacramenti continetur illud, ad quod conuerſio terminatur. Ad quid autem terminatur conuerſio, ſciri poteſt, ex tribus. Primo ex eo quod conuertebatur. Non enim conuertitur materia ſacramenti, niſi in id ad quod habet ſimilitudinem ſecundum proprietatem

Non ſanctificatum per ſanctificatũ ſanctificatur, ſed non commutatur.

Rubrica ordinis prædicatorũ de vino in calice poſito in Paraſceue.

Ratio quædã ridiculoſa.

Aliquid in ſacramento altaris continetur aut ex vi ſacramenti, aut ex naturali concomitantia.

naturæ; ſicut vinum in ſanguinem. Secundo ex ſignificatione formę, cuius virtute fit conuerſio. Vnde in illud conuerſio terminatur, quod eſt ſignificatum per formã. Tertio ex vſu ſacramenti, quia quod pertinet ad cibum, continetur ſub ſpecie panis ex vi ſacramenti, quod autem pertinet ad potum, continetur ſub ſpecie vini. Ex naturali autem concomitantia, & quaſi per accidens continetur ſub ſacramento illud quod per ſe non eſt terminus conuerſionis, ſed ſine quo terminus conuerſionis eſſe non poteſt. Secundum hoc ergo patet, quod anima Chriſti cum non habeat ſimilitudinem cum ſubſtantia panis, nec in forma ſacramẽti fiat mentio de anima, nec anima conueniat ad vſum ſacramenti, qui eſt manducare, & bibere, ad animam non terminatur conuerſio panis, neque vini, ſed ad corpus, & ſanguinem Chriſti. Et ideo anima non continetur ibi ex vi ſacramenti, ſed tamen continetur ibi ex naturali concomitantia ad corpus, quod viuificatur. Vnde ſi fuiſſet facta conuerſio panis in corpus Chriſti quando erat mortuum, anima non fuiſſet ſub ſacramento. Et quod dictum eſt de anima debet intelligi de Diuinitate; niſi quod Diuinitas etiam preter ſacramentum eſt vbique. hæc Thom. Vnde ſi fuiſſet ſanguis conſecratus pro illo triduo potuiſſet adorari adoratione Dulyæ, non autem latriæ, & hoc ex vi ſacramenti. De veneratione ſanguinis effuſi in triduo. Ricardus ordinis minorum libro tertio ſententiarum diſt. 2. q. 2. art. 1. in Reſp. ad 3. argu. dicit ſic. Si pes Chriſti fuiſſet ſeparatus a corpore ſimul remanendo diuinitati vnitus, latria fuiſſet adorandus, etiam quęcunque pars alia ſi fuiſſet ſeparata a toto: remanens tamen Diuinitati vnita. Vnde quia in triduo mortis Chriſti corpus remanſit vnitum Diuinitati, erat adorandum latria; & ſimiliter dicendum eſt de anima. Sanguis autem quia non eſt de corporis eſſentia, poſtquam a corpore fuit ſeparatus latria non fuit adorandus. hęc Ricardus. Etiam Dominus Albertus ordinis noſtri prædicatorum libro de legibus q. 9. artic. 6. in Reſp. principali dicit ſic. Sicut ſe habet aliquid ad Dominium: ſic ad ſeruitutem, quæ ei debetur. Ad Chriſtum autem Dominium ſe habebat tanquam ad perſonam; vt illud quod eſt ipſe; ſimiliter ad naturam Diuinam. caro vero vt aliquid in ipſo Chriſto. Vnde tam natura Diuina, quam perſona Diuina adoratur per ſe. Caro vero vt vnita per accidens. Si quid autem inueniatur ſeparatum, vt ſanguis vel præputium, illud non debet latria ſed yperdulia adorari. hæc Albertus.

Anima continetur in ſacramento ex naturali concomitantia, non autem ex vi ſacramenti.

Sãguis ſi fuiſſet conſecratus in illo triduo adorari potuiſſet adoratione Dulię, non autem latriæ.

Ricardi ſententia de veneratione ſanguinis effuſi in triduo.

Alberti magni ſentẽtia de ſãguine effuſo.

Natura Diuina, & perſona in Chriſto adorantur per ſe, caro autem vt vnita per accidens.

CAPVT XVII.

In iſto capite ponuntur rationes eorum, qui dicunt ſanguinem Chriſti fuiſſe vnitum Diuinitati eius.

VIdetur autem alijs ſacræ Theologiæ doctoribus, quod Diuinitas Chriſti non fuit ſeparata a ſanguine ipſius in triduo; moti quibuſdam probabilibus rationibus. Primo ratione primordialis reuelationis. Nam vt S. Thomas 2.2.q.2.arti.7.dicit. Ante ſtatum peccati homo habuit explicitam fidem de Chriſti incarnatione. ſecũdum quod ordinabatur ad conſumationem gloriæ. non autem ſecundum quod ordinabatur ad liberationem a peccato, per paſſionem, & reſurrectionem, quia non fuit præſcius peccati futuri. Videtur autem incarnationis Chriſti præſcius fuiſſe, per hoc quod dixit. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adherebit vxori ſuę. Geneſis 2. & ad Epheſios 9. dicit Apoſtolus. Sacramentum hoc, dico magnum in Chriſto Ieſu, & in Eccleſia. Quod quidem ſacramentum non eſt credibile primum hominem ignoraſſe hæc Tho. Et in quæſtionibus de veritate q.18.artic.3. in Reſp.principali dicit ſic. Adam autem primo fidem habuit; vt primo fidem edoctus à Deo, & ideo per internam locutionem, fidem habere debuit. Vnde Auguſtinus libro 14. de Ciuitate Dei dicit. Quod Adam in ſtatu innocentiæ, habuit Charitatem de corde puro, & fide non ficta. Habuit enim omnes virtutes, & etiam fidem: vt Magiſter ſententiarum lib.3.diſt.39. dicit.hæc Tho. ſed hãc fidem incarnationis Verbi habuit Adam ante peccatum ſuũ, ex inſtitutione matrimonij, in quo eſt neceſſaria coniunctio viri, & mulieris. Vnde ſanctus Thomas in addicionibus 3.partis q.67. art.1. in Reſp.ad 9.argu.dicit ſic. Inſeparabilitas congruit matrimonio, ſecundum quod eſt ſignum perpetuę coniunctionis Chriſti, & Eccleſię, & ſecundum quod eſt in officium naturæ ad bonum prolis ordinatũ. hęc Thomas & 3.parte quæſt. 61. articul.10.in Reſpon.ad 3. argum. dicit ſic. Matrimonium fuit inſtitutum in ſtatu innocentiæ non ſecundum quod eſt ſacramentum, ſed ſecundum quod eſt in officium naturæ ex conſequenti tamen aliquid ſignificabat futurum circa Chriſtum, & Eccleſiam, ſicut omnia alia in figura Chriſti pręceſſerunt. hæc Thomas. Adam igitur in ſtatu innocentiæ habuit fidem de Incarnatione Chriſti quantum ad duo. Primo quod corpus Chriſti formaretur ex materia quæ fuiſſet in Adam ſecundum corpulentam ſubſtantiam; ita quod ipſa materia corporis Chriſti deriuaretur ab ipſo Adam; quamuis non per rationem ſeminalem. Nam ad formationem corporis humani concurrit principium actiuum, quod eſt in ſemine; quod ratio ſeminalis dicitur, & materia ex qua corpus for-

Sãguis, & prępuciũ & quod eſt ſeparatum a Chriſti vnione debet adorari yperdulia

Homo ante peccatum habuit fidem explicitam de Chriſti incarnatione.

Matrimoniũ in ſtatu innocentię fuit inſtitutum in officium naturæ non autem in ſacramẽtum.

Adam fidem habuit de incarnatione Chriſti ante caſum ſuum quantum ad duo.

matur, quam mater miniſtrat; vtrumque autem horum originaliter reducitur in primum parentem. Hæc autem materia corporis Chriſti ſumenda erat ex eo, quod de cibis aſſumptis a matre Chriſti in puriſſimos ſanguines conuerſum eſſet. Credidit ergo Adam Diuinitatem Verbi eſſe vniendam toti naturę humanę in eo, ſcilicet quantum ad corpus, & quantum ad animam & ſanguinem in quo vita Chriſti conſeruanda erat. Secundo. Adam habuit fidem, quod Chriſtus ſecundum quod homo, eſſet principium & caput Eccleſiæ. In illa enim Euæ formatione, intellexit Adam quod ſicut ipſe corporaliter erat futurus principium, & caput totius humanę ſpeciei, iuxta illud Actuũ. Deus ex vno fecit omne genus hominum; ſic Chriſtus ex eius natura incarnandus, debebat ſpiritualiter eſſe caput, & principium totius Eccleſiæ, per interiorem quendam influxum gratię, non debebat eſſe ab alio niſi a Chriſto; cuius humanitas ex hoc quod Diuinitati erat coniungenda, habebat virtutem viuificandi ſpiritualiter. Vnde ad coloſſenſes 2. dicitur. Caput Eccleſiæ ex quo corpus pernexus, & coniunctiones ſubminiſtratum, & conſtructum creſcit in augmentum fidei, hoc autem ſoli Chriſto conueniebat, in quo natura humana debebat exaltari vſque ad vnionem in perſona Diuina; & ratione digniſſimi actus, ſcilicet qui eſt ędificare Eccleſiam ſuo ſanguine, & per ipſum eum introducere in cęlũ. Hoc enim non debebat ſibi acquirere Chriſtus ex peccato primi parentis. Intellexit ergo Adam Chriſtum eſſe principium membrorum Eccleſiæ: non quantum ad eſſe naturale, ſecundum quod ſunt homines, ſed quantum ad fidem, & Charitatem, per quam membra Eccleſiæ vniuntur. De pęnitentia diſt. 2. §. colligitur ergo, quod Adã antequã peccaret &c. vſque, quãdo ſolus erat &c. Non enim eſt credendum quod homo ex peccato, aliquod comodum reportauerit; nec eſt in aliquo, capacitas humanæ naturæ per peccatum ampliata. Sicut ergo Adam naturaliter coniungebat ſibi omnes homines, ab eo per ſuum ſanguinem deſcenſuros. Sic & Chriſtus ſuo ſanguine debebat ſibi cõiungere profuturam ſpiritualiter ab eo Eccleſiam. Adam itaque credidit Diuinitatem nunquam ſeparabilem a natura humana aſſumenda ab ipſo; nec ab aliquo, quod eſſet de veritate naturæ humanæ, cuiuſmodi eſt ſanguis in quo vita humana conſiſtit. In cuius ſignum dixit. Relinquet homo patrem, & matrem, & adherebit vxori ſuę, & erunt duo in carne vna. Geneſ. 2. Quaſi proteſtaretur fidem Incarnationis Verbi Dei, dicens. Homo ideſt Verbum æternum ſecundum humanitatem aſſumendam. Relinquet patrem ideſt non habebit me, neque de poſteris meis, quantum ad rationem ſeminalem, aliquem patrem qui ſit principium eius actiuum; Relinquet matrem ideſt Verbum Diuinum ſecundum Diuinitatem non habebit matrem. Sed erunt duo, ſcilicet Diuinitas, & humanitas, duę

naturæ

Primo fidem habuit.

Secundo habuit fidem.

Adam intellexit Chriſtum eſſe principiũ membrorum eccleſiæ quantum ad fidem & charitatẽ.

Pulcra declaratio.

naturæ in carne vna, ideſt in ſuppoſito, & perſona vna: quia Verbum caro factum eſt. Ioannis primo. Et adherebit, ideſt indiſſolubiliter vnietur; Verbum caro factum, ideſt Deus & homo vxori ſuæ, ideſt Eccleſiæ: Quia habitauit in nobis, per inſolubilem vnionem Diuinitatis cum ſanguine eius. Iuxta illud. Alma mater Eccleſia Chriſti fundata ſanguine.

Dubitatio.

Forte dicitur, quod verum eſt de ſanguine vnito corpori Chriſti, non autem ſeparato de quo nunc loquimur.

Duplici rõne reſpondetur.

Sed hoc non valet, quia ſanguis effuſus eſt, non ad coniunctionem Chriſti, & Eccleſiæ; ſed ad inſtitutionem ſacramentorum, præcipue ſacramenti Eucariſtiæ, quaſi ſub ſigno quodam ſenſibile. Fuiſſet autem ante ſtatum peccati homo coniunctus Deo in via per gratiam, & in præſenti per gloriam. Vnde S. Thomas libro 4. ſent. diſt. 1. q. 1. art. 2. Dubio 2. in Reſp. ad 3. arg. dicit ſic. In ſtatu innocentiæ ſuperiores partes hominis omnino inferioribus dominabatur. Et ideo quamuis homo ſemper haberet ſenſum; & materialis eſſet, non tamen intellectus ex ſenſibilibus cognitionem accipiebat; ſed ex influentia diuini luminis habebat. Sed quia experientia eorum, quæ prius ſciebatur etiam delectabilis eſt: Ideo homo operabatur in paradiſo ad experiendum naturæ vires, non vt per hoc habitum ſcientiæ acciperet, ſed vt ex viſione experimentali, eorum, quæ ſciebat delectaretur. Et ad 3. argu. dicit ſic. Matrimonium in ſtatu innocentiæ non fuit in remedium, ſed in officium. Et quia ſacramenta remedia ſunt. Ideo proprie loquendo non fuit ſacramentum niſi forte inquantum rem ſacrã ſignificabat: Non quidem vt illius rei ſacræ conuenientiam, & ſanctitatem matrimonij homo cognoſceret. hæc Thom. Et 3. par. q. 32. art. 1. in Reſp. ad 3. arg. dicit ſic. Prouerbiorum 9. dicitur. Sapientia ędificauit ſibi domum. Domus enim Chriſti Eccleſia eſt, quam ędificauit ſibi ſanguine ſuo. hæc Thom. ſed hoc non fuit niſi per vnionem Diuinitatis cum ſanguine. Relinquitur ergo quod Diuinitas nunquã fuit ſeparata a ſanguine Chriſti. Secunda ratio ſumitur ad idem probandum ratione noxialis obligationis. Cũ enim Adam in prima tentatione victus fuerit, & per peccatum ſeruituti Diaboli ſe ſubiugauerit; totum ſanguinem ſuum in quo vita hominis conſiſtit, peccato, & morti obligauit, non ſolum pro ſe, ſed etiam pro omnibus; qui ab eo ſecundum rationem ſeminalem deſcenſuri erant per propagationem naturalem. Vnde S. Thomas in quæſtionibus de malo quęſt. 4. art. 6. in Reſp. ad 9. argum. dicit ſic. Natura abſolute accepta in plus eſt quam perſona; ſed natura in perſona conſiderata includitur infra fines perſonæ, & per hunc modum perſona poteſt inficere naturam. Et quia a perſona primi parentis omnes perſonæ quæ ab eo ſeminaliter propagantur naturam humanam accipiunt. Ideo talis corruptio naturæ deriuatur

Prima ratio ſanguis Chriſti effuſus nõ eſt ad coniunctionẽ Chriſti & eccleſiæ ſed ad inſtitutionem ſacramẽtorum.

In ſtatu innocentiæ partes ſuperiores hominis, inferioribus omnino dominabantur.

Homo in paradiſo operabatur ad experiẽdum vires naturæ.

Matrimoniũ in ſtatu innocentiæ nõ fuit proprie ſacramentũ tamen rem ſacram ſignificabat.

Ratio ſecũda.

Natura abſolute accepta in plus eſt quã perſona.

riuatur ad omnes. Sicut ſi aqua corrumperetur in fonte, corruptio deueniret ad totum riuum ex fonte. hæc Thomas. Et primo ſententiarum q.1.art.2. in Reſp.ad 4.argu. dicit ſic. Licet ſemen in ſe infectionem non habeat in actu; habet tamen in virtute. Sicut etiam patet; quod ex ſemine leproſi generatur filius leproſus, quamuis in ipſo ſemine non ſit lepra in actu. Eſt enim in ſemine virtus deficiens per cuius defectum contingit defectus lepræ in prole. Conſimiliter etiam, ex hoc ipſo quod in ſemine eſt talis diſpoſitio; qua priuatur illa impaſſibilitate, & ordinatione ad animam, quam in primo ſtatu corpus humanum habebat. Sequitur quod in prole, quæ eſt ſuſceptiua originalis peccati; efficitur originale peccatum in actu. hæc Thom. Pro peccato autem originali, quo Adam totam naturam humanam infecit, nemo ſatisfacere poterat niſi ſolus Deus: vt probat S.Thom.3. ſent. diſt.1.art.2.in Reſp.ad 9.arg. Tertia ratio eſt quia humana natura in ſui prima conditione accepit quędam, per quę ſupra ſtatum ſuis principijs congruentem eleuabatur. Sicut immortalitatem quandam, quę erat gratiæ non naturæ, & alia huius ſibi ex pura liberalitate diuina collata, quę per peccatum amiſit. Vnde reparare eam erat ad gradum ſuperiorem ipſam eleuare in quo prius condita fuerat. Non eſt autem poſſibile eleuare aliquam naturam ad gradum ſuperiorem, niſi ei qui naturas condidit, & earum gradus ordinauit; & ideo ſoli Deo poſſibile fuit humanam naturam reparare, hæc Tho. Satisfatio autem, & reparatio fieri decenter non poteſt, niſi ab eo qui debet, & poteſt: ſed non debet niſi homo qui peccauit; nec poteſt niſi Deus, quia quęlibet creatura totum ſuum eſſe debet Deo. Ideo congruum fuit vt reparator naturæ humanæ eſſet Deus, & homo. Ideo Chriſtus aſſumpſit vt eam a corruptione purgaret. Non autem purgatione indigebat natura humana, niſi ſecundum quod infecta erat per originem vitiatam: quæ ex Adam deſcendebat. Propterea conueniens fuit, vt Chriſtus carnem ſumeret ex materia ab Adam deriuata: vt ipſa natura per aſſumptionem curaretur. Ipſa enim materia corporis Chriſti deriuata eſt ab Adam ſecundum corpulentem ſubſtantiam. Non autem ſecundum rationem ſeminalem; quia non eſt concepta ex virili ſemine. Et ideo non contraxit peccatū originale, ſicut, & cæteri, qui ab Adam per viam virilis ſeminis deriuantur. Vt autem dicit S.Thomas 3.par. q.32.arti.4.in Reſp.ad 1.arg. Illa conceptio tria priuilegia habuit, ſcilicet quod eſſet ſine peccato originali, quod eſſet non puri hominis, ſed Dei, & hominis; Item quod eſſet conceptio virginis; & hæc tria habuit a ſpiritu ſancto, & ideo Damaſcenus dicit libro tertio, quod Spiritus ſanctus ſuperuenit Virgini, purgans ipſam ideſt præſeruans ne cum originali peccato conciperet Verbum Dei quantum ad primum; Et virtutem ſuſceptiuam Verbi Dei tribuens, ideſt vt conciperet

Quamuis ſemen in ſe infectionem nō habeat in actu habet tamen in virtute.

Pro peccato originale quo Adam totam naturam humanam infecit, nemo ſatiſfacere poterat niſi Deus ſolus.

Ratio tertia.

Eleuare aliquam creaturam ad ſuperiorem gradū non eſt poſſibile; ſolus qui naturam condidit poteſt hoc facere.

Homo totum ſuum eſſe debet Deo.

Materia corporis Chriſti deriuata fuit ab Adā ſecūdum corpulētum ſubſtātiā, non autem ſecundū nomen ſeminalem.

Cōceptio Chriſti habuit tria priuilegia.

ret Verbum Dei quantum ad ſecundum; Simul autem, & generatiuam, ſcilicet vt manens virgo poſſet generare quantum ad tertium. hæc Tho. Debuit ergo ſanguis ille ex quo formabatur corpus Chriſti omnino eſſe innoxius peccato, & tante virtutis, vt tolleret infectionem originalis peccati a toto genere humano. Hoc autem fieri non poterat niſi illi ſanguini eſſet vnita Diuinitas, quem Chriſtus obtulit Deo patri. Adam, totum ſuum ſanguinem vendiderat pro pomo noxiali, non poterat itaque redimi niſi per ſanguinem ſanctiſſimum Ieſu Chriſti. Vnde S. Thomas 3. par. quæſt. 48. art. 4. in Reſp. ad 3. arg. dicit ſic. Quia redemptio non requirebatur ad hominis liberationem, per reſpectum ad Diabolum non erat pretium ſoluendum Diabolo. ſed Deo. hæc Thomas. Non fuit ergo ſeparata Diuinitas a ſanguine Chriſti. Tertia ratio ſumitur ad idem ratione vitalis conſeruationis. Cum enim vita animalis conſeruetur in ſanguine, vt ſupra oſtenſum eſt; prohibuit Deus eſum carnis cum ſanguine. Dicitur enim Gen. 9. omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum. Quaſi holera virentia tradidi vobis omnia, excepto quod carnem cum ſanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum, & de manu hominis. Quicunque effuderit ſanguinem humanum effundetur ſanguis illius. Et leuitici 7. dicitur. Sanguinem quoq; omnis animalis non ſumetis in cibum, tam de auibus quam de peccoribus, omnis anima quæ ederit ſanguinem peribit de populis ſuis. Et Deuteronomij 12. dicitur. Hoc ſolum caue, ne ſanguinem comedas. Sanguis enim eorum pro anima eſt. Et iccirco non debes animam comedere cum carnibus, ſed ſuper terram fundes quaſi aquam, vt bene tibi ſit, & filijs tuis poſt te. Quia enim vita omnis animalis in ſanguine eſt; quam a Deo recipiunt animalia. Ideo ſanguis animalium offerebatur Deo in ſacrificium. Vnde in lege naturæ fiebant ſacrificia. Oblationes, & Decime in honorem Dei pro expiatione peccati originalis. Vnde S. Thomas 4. ſent. diſt. 1. q. 1. art. 2. Dubio 3. in Reſp. principali dicit ſic. Ea quæ ab homine fiunt a cognitione ortum oportet habere, alias non eſſent humana opera, Vnde oportet quod operatio cognitioni reſpondeat, ſicut effectus cauſe. In ſtatu autem legis naturæ, non ſufficiebat ad ſalutem ſola naturalis cognitio; ſed exigebatur fides aliquorum, quæ ſupra rationem ſunt; & poſt lapſum exigebatur fides de reparatore, per quem erat medicina morbi, & ideo in ſtatu illo, non tantum erant neceſſaria opera, quæ ſunt de dictamine legis naturalis: ſed etiam aliqua, quæ eſſent proteſtationes, & ſigna eorũ, quæ ad reparationem pertinebant; & hæc erant illius temporis ſacramenta. Sicut ſacrificia. Decime, oblationes, & huius. hæc Thomas. Et 2.2. q. 89. artic. 1. in Reſp. ad 2. argum. dicit ſic, Adam, & Iſaac, ſicut & alij iuſti, Deo ſacrificium obtulerunt; ſecundum

Adam totum ſanguinẽ ſuũ pro pomo noxiali vẽdidit.

Tertio ratio.

Sacramẽta legis antiquæ erant ſacrificia Decime, oblationes, & huius.

dum ſui temporis congruentiam; vt patet per Gregorium qui dicit.

Apud antiquos,per oblationes ſacrificioru͂,remittebatur pueris peccatum originale.

Quod apud antiquos per ſacrificiorum oblationes,remittebatur pueris peccatum originale. Non tamen de omnibus iuſtorum ſacrificijs fit mentio in ſcriptura; ſed ſolum de illis: circa quæ accidit aliquid ſpeciale. Poteſt tamen eſſe ratio. quare non legitur Adam ſacrificium obtuliſſe,ne quia in ipſo notatur origo peccati ſimul etiã in eo ſanctificationis origo ſignificaretur, Iſaac vero ſignificat Chriſtum inquantum ipſe oblatus eſt in ſacrificium. Vnde non oportebat vt ſacrificaret quaſi ſacrificium offerens. hæc Thomas. Per iuſtorum autem ſacrificia figurabatur ſacrificium quo Chriſtus ſeipſum obtulit oblationem, & hoſtiam Deo, vt dicitur ad Epheſios 9. Vnde ſanctus Thom. Prima 2.q.102.art.4. in Reſp. ad 1.arg.dicit ſic. Sicut per ſacrificium ſignificatur Chriſtus imolatus:ita etiam per ſacramenta,& ſacra illorum figurabantur ſacramenta, & ſacra nouæ legis. Sacrificium autem nouæ legis, ideſt Euchariſtia, continet ipſum Chriſtum, qui eſt ſacrificium, & ſanctificationis actor. Sanctificauit enim per ſuum ſanguinem populum, vt dicitur ad Hebræos vltimo, hæc Thomas. Paſſio Chriſti eſt ſacrificium Deo acceptiſſimu͂; maxime quo ad illos qui coniunguntur ei per fidem formatam Charitate, ſicut fuit in antiquis patribus. Vnde S.Thomas.3.par.q.49.artic.4.in Reſp.principali dicit ſic. Eſt enim proprij ſacrificij effectus; vt per ipſum placetur *Deus.* Sicut homo offenſam in ſe commiſſam remittit propter aliquod obſequium acceptum, quod ei exibetur, vt dicitur primi Regum cap.26. Si Dominus incitat te aduerſum me odoretur ſacrificium. Similiter tantum bonum fuit quod Chriſtus voluntarie paſſus eſt,quod propter hoc bonum in natura humana inuetum, Deus placatus eſt ſuper omni offenſa generis humani, quantum ad eos,qui Chriſto paſſo coniunguntur, ſcilicet per fidem per quam eis applicatur paſſio Chriſti, ad percipiendum fructum ipſius, ſecundum illud Romanorum 13. Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius. hæc Thom. Fides ergo antiquorum iuſtorum fuit in paſſione & ſanguine Chriſti inquantum erat Deus, & homo.

Sacrificia iuſtorum figurabãt ſacrificiu͂ quo Chriſtus ſeipſum obtulit.

Sacrificij effectus, eſt Deu͂ placare.

Fides antiquorum iuſtoru͂ fuit in paſſione & ſanguine Chriſti,pro vt erat Deus.

Quarta ratio.

Quarta ratio ad idem probandum ſumitur ex ratione cerimonialis Circuncisionis. Nam S.Thomas in 3.par.q.70.art.2.in Reſp.ad 1.arg. dicit ſic. Immediate poſt peccatum primi parentis propter doctrinã ipſius Ade, qui plene inſtructus fuerat de diuinis, adhuc fides,& ratio naturalis vigebat in homine,intantum quod non oportebat determinari hominibus aliqua ſigna fidei, & ſalutis, ſed vnuſquiſque pro ſuo libito fidem ſuam profitentibus ſignis proteſtabatur. Sed circa tempora Abraæ, diminuta erat fides, plurimis ad Idolatriam declinantibus. Obſcurata etiam erat ratio naturalis per augmentu͂ carnalis concupiſcentię, vſq; ad peccatum contra naturam. Et ideo conuenienter

Ratio quare ante Abraam non fuerit data circunciſio.

tunc,

tunc, & non ante inſtituta fuit circunciſio ad profitendam fidem, & minuendam carnalem concupiſcentiam. hæc Thomas. Et quæſtione eadem arti.4. in Reſp. ad 2. arg. dicit ſic. Sicut ante inſtitutionem circunciſionis, ſola fides Chriſti futuri iuſtificabat, tam pueros, quam adultos; ita etiam circunciſione data; ſed antea non requirebatur aliquod ſignum proteſtatiuum huius fidei; quia nondum homines fideles ſeorſum ab infidelibus ceperāt adunari ad cultum vnius Dei. Probabile tamen eſt, quod parentes fideles, pro paruulis natis, & maxime in periculo exiſtentibus aliquas preces Deo funderent; vel etiam aliquam benedictionem eis adhibebant, quod etiam erat quoddam ſignaculum fidei, ſicut & adulti pro ſeipſis preces, & ſacrificia offerebant. hæc Thomas. Et 4.5. diſt.1. q.2. artic.1. Dubio 1. in Reſp. principali dicit ſic. Circunciſio, primo, & principaliter neceſſaria fuit ad expreſſiorem ſignificationem, quam ſacramēta præcedentia fuerint. Oportuit enim quod ſecundum proceſſum temporis; ſicut explicatio fidei creſcebat; ita creſceret diſtinctio ſignorum ſacramentalium. Habet enim circunciſio expreſſam ſimilitudinem ablationis originalis peccati quantum ad quatuor.

Circūciſio habet ſimilitudinem expreſsā ablationis originalis quātū ad quatuor.

Primo quantum ad membrum generationis, per quam originale transfunditur. Secundo quantum ad figuram circularem, in qua ſignificatur circulus, qui eſt in proceſſu originalis infectionis, ſecūdum quod perſona corrumpit naturam, & natura perſonam. Tertio quantum ad pęnam, quæ erat in Circunciſione contra delectationem concupiſcentiæ. Quarto quantum ad ſanguinis effuſionem, in qua ſignificatur paſſio Chriſti; per quam pro originali ſatisfaciendum erat. hęc Thomas. Vnde in Circunciſione auferebatur originale peccatum ex parte perſonæ, remanebat tamen impedimentum intrandi in Regnū Cęlorum ex parte totius naturæ, quod fuit ſublatum per ſanguinem, quem Chriſtus effudit in cruce per paſſionem ſuam; qui ſanguis non habebat virtutem hanc, niſi ex vnione ipſius cum Diuinitate.

Circūciſio auferebat peccatum originale ex parte perſonę, remanebat tamē impedimentū intrandi in Regnum cęlorū ex parte totius naturę.

Quinta ratio ſumitur ad idem ex ratione paſcalis immolationis. Vnde S. Thomas 4. ſent. diſt. 1. q.1. art.2. dubio 4. in Reſp. ad 1. argum. dicit ſic. Quamuis oblationes Melchiſedech perfectiſſime repreſentarent noſtrum ſacrificium; tamen, oportuit etiam alias multas circunſtantias repreſentari, ſicut modus ſumendi, & paſſionem Chriſti; cuius eſt memoriale, quæ explicite ſignificatur per agnum paſcalem. hæc Thom. Et diſt.8. q.1. art.2. Dubio 2. in Reſp. ad 9. arg. dicit ſic. In omnibus ſacrificijs, & oblationibus antiquorum, ſignificabatur illud quod eſt res, & ſacramentum in Euchariſtia; quod etiam ſignificatur per agnum Paſcalem, ſcilicet ipſe Chriſtus, qui obtulit ſe Deo patri pro nobis oblationem, & hoſtiam. hæc Thom. Et prima ſecundæ q. 103. art.5. in Reſp. ad 2. arg. dicit ſic. Per Immolationem agni paſcalis

ſignificatur Immolatio Chriſti. Secundũ illud 1. Cor. 9. Paſca noſtrum Immolatus eſt Chriſtus. Sãguis vero agni liberans ab exterminatore linitus in ſuperliminaribus domorum, ſignificat fidem paſſionis Chriſti in corde, & ore fidelium, per quam liberamur à peccato, & morte, ſecundum illud 1. Petri primo. Redempti eſtis pretioſo ſanguine agni immaculati. hæc Thomas. Et 3. par. q. 73. art. 6. in Reſp. principali dicit ſic. Agnus Paſcalis fuit præcipua figura paſſionis Chriſti, qui propter innocentiam dicitur Agnus, etiam quantum ad effectum, quia per ſanguinem Agni Paſcalis, protecti ſunt filij Iſrael a deuaſtante Angelo, & educti de Egiptiaca ſeruitute. hæc Thomas. Sed iſta fides de ſanguine Chriſti, fuiſſet in Moiſe, & alijs patribus diminuta, niſi credidiſſent vnitam illi Diuinitatem. Sexta ratio ad idem ſumitur ex ratione ſpiritualis ſanctificationis. Vnde ſanctus Thomas dicit in poſtilla ſuper epiſtolam ad Hebræos 9. §. tertio. Tertio oſtendit quomodo intrauit quia non ſine ſanguine; ſed ille ſacerdos veteris teſtamenti, cum ſanguine alieno; Chriſtus autem cum ſanguine proprio; quem pro ſalute noſtra immolauit in Cruce. Mat. 26. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti; qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Quarto oſtendit quando intrabat, quia ſemel in anno. Chriſtus autem per totum tempus, quod eſt quaſi vnus annus, intrauit ſemel in ſancta; & ſemel effudit ſanguinem ſuum 1. *Petri* 3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt & ad Romanos 6. Quod enim mortuus eſt peccato mortuus eſt ſemel. Item ſemel intrauit, quia quod viuit, viuit Deo, ex quo intrauit cęleſtia, ſemper eſt ibi, ideo dicit, quod intrauit ſemel in ſancta; Quinto oſtendit quare intrauit, quia ad offerendum pro populi ignorantia, non pro peccato ſuo, quia non habebat. Sanguis enim Chriſti magis valet quam ſanguis hircorum, aut vitulorum, quia per ipſum inuenta eſt æterna redemptio, quaſi dicat. Per iſtum ſanguinem redempti ſumus, & hoc in perpetuum; quia virtus eius eſt infinita ad Hebręos 10. Chriſtus vna oblatione conſumauit in ſempiternum ſanctificatos. Pſalm. 110. Redemptionem miſit Dominus populo ſuo: hoc autem quod dicit, inuenta, ad duo poteſt inferi, ſcilicet ad deſiderium Dei, quod habebat de ſalute noſtra, Iob 33. Inueni in quo ei propicier. Ezechielis 18. Nolo mortem peccatoris. Item ad deſiderium patrum, quo deſiderabant redimi. Nullus autem inuenit modum ita congruum ſicut Chriſtus, ideo ſignanter dicit, inuenta. Si enim ſanguis hircorum &c. quaſi dicat; Chriſtus, per proprium ſanguinem fecit æternam redemptionem; in quo apparet eius maxima efficatia. Quia ſi ſanguis brutorum animalium faciebat quod minus eſt: Sanguis Chriſti, poterat facere quod maius eſt. In veteri enim teſtamento erat duplex mundatio. Vna quæ fiebat in die expiationis de qua habetur leuit. 16. & iſta ordinabatur

Sanguis agni linitus in ſuperliminaribꝰ domorũ ſignificat fidẽ paſſionis Chriſti.

Sexta ratio.

Chriſtus ſemel intrauit in ſancta ad offerendũ pro ignorantia populi non pro peccato ſuo quia non habebat.

In veteri teſtamento duplex fuit mũdatio.

tur directe ad mundationem a peccato. Alia erat contra irregularitates legis de qua dicitur numeri 19. Precepit Dominus quod Eleazar acciperet vaccam ruffam a Moiſe, ſine macula ætatis integrę, quę non traxiſſet iugum; & eductam extra caſtra immolaret in cōſpectu populi, & intingeret digitum in ſanguine eius, & aſpergeret ſepties contra tabernaculum; & quod combureret totam, ſcilicet carnem, pellem; & etiam fimum cum Yſopo, ligno cedrino, & cocco biſtincto; Quo facto vir mūdus colligebat çineres, & in loco mundo effundebat extra caſtra, & de ipſis ponebantur in aqua, qua immundus, ſcilicet qui tetigiſſet cadauer mortui aſpergebatur die tertio, & ſeptimo, cum yſopo; & ita mundabatur, nec aliter poterat mundari. Ideo dicit, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat, non gratiam conferendo, ſed ad emundationem carnis ideſt ab irregularitate, qua carnaliter impediebantur, quaſi immundi a cultu Diuino, non tamen auferebant peccata; Et ſi ſanguis, & cinis hoc poſſunt; quid poterat ſanguis Chriſti; certe multo plus. Et ponit Apoſtolus tria, quæ oſtendūt efficatiam ſanguinis Chriſti. Primo quis eſt ille, cuius eſt ſanguis iſte; quia ſcilicet eſt Chriſtus ex quo patet quod eius ſanguis mundat peccata. Matth. 1. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. Secundo cauſam, quare Chriſtus ſanguinem ſuū fudit, quia hęc fuit ſpiritus ſanctus, cuius motu, & inſtinctu, ſcilicet charitate Dei, & proximi hoc fecit. Iſaie 59. cum venerit quaſi fluuius violentus, quem ſpiritus Domini cogit, & venerit ſyon redemptor &c. Spiritus autem mundat Iſaie 4. Si abluerit Dominus ſordes filiorum ſyon, & ſanguinem Ieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij, & Spiritu ardoris. Ideo dicit per ſpiritum ſanctum, ſemetipſum obtulit. Epheſ. 5. Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam in odorem ſuauitatis. Tertio, conditionem eius, quia eſt immaculatus. Exo. 12. Erit agnus abſq; macula, maſculus anniculus &c. Eccleſiaſtici 24. ab immundo quis mundabitur? Sed quid, ſacerdos immundus poteſt mundare? Reſpondeo dicendum quod non, ſi ageret in propria virtute, ſed agit virtute ſanguinis Chriſti, qui eſt ſicut cauſa prima; & ideo non egiſſet niſi fuiſſet immaculatus. Sciendum tamen quod ſanguis illorum animalium mundabat tantum ab exteriori macula, ſcilicet a contactu mortui, ſed ſanguis Chriſti mundat interius conſcientiam; quod fit per fidem. Actuum 15. Fide purificas corda eorum, inquantum, ſcilicet facit credere, quod omnes qui Chriſto adherent, per ſanguinem eius mundantur. ergo iſte ſanguis emundat conſcientiam a peccato. Iſtam figuram diligenter exponit gloſa, & eſt Auguſtini de quæſtionibus numeri, hoc totum Thom. ibidem, ſcilicet in poſtilla ſupra dicta. Septima ratio ſumitur ad idem probandum ex ratione virtualis eductionis. Vnde S. Thomas 3. parte q. 50. art. 5.

Cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificabat non tamen gratiam conferebat.

Sacerdos immūdus poteſt mūdare quia agit in virtute ſanguinis Chriſti.

Septima ratio

Sancti patres per fidē Ieſu Chriſti operādo opera iuſtitiæ introitum regni cęleſtis meruerunt.

art.5.in Reſp.ad primum arg.dicit ſic. Sancti patres operando opera iuſtitiæ meruerunt introitum regni cęleſtis per fidem paſſionis Chriſti, ſecundum illud Hebreo.11. Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones; per quam quidem iuſtitiam vnuſquiſq; purgabatur a peccato quantum pertinet ad emundationem propriæ perſonæ. Non tamen alicuius fides vel iuſtitia ſufficiebat ad remouendum impedimentum, quod erat per reatum totius humanæ naturæ, quod quidem remotum eſt pretio ſanguinis Chriſti; & hoc eſt quod dicitur Zachariæ 9. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui: eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua, & ad Hebræos 10. Habemus fiduciam in introitu ſanctorum. ſ. cęleſtiū in ſanguinē Chriſti, hęc Tho. ſuper quo verbo S. Thom. in poſtilla ſuper epiſtola ad Hebręos dicit ſic, habentes fiduciā in introitu ſanctorum & ad Epheſ.3. Habemus fiduciā & acceſſum in cōfidentia. Exo.15. introduces eos, & plātabis in monte hereditatis tuæ. Pſ.121. letatus ſum in his, quę dicta ſunt mihi in domum Domini ibimus, & hoc per ſanguinem Chriſti. Quia hic eſt ſanguis noui teſtamenti, ideſt nouæ promiſſionis, ſcilicet cęleſtium. Sed quomodo habemus fiduciam introeundi oſtendit. Quia Chriſtus per ſuum ſanguinem initiauit, ideſt incoauit nouam vitam. hæc Thomas. Octaua ratio ſumitur ad idem, ex ratione vniuerſalis redemptionis. Vnde S. Thomas 3.par.q.49.art.1. in Reſpon. principali §.2. dici ſic. Paſſio Chriſti cauſat remiſſionem peccatorum per modum redemptionis. Quia enim ipſe eſt caput noſtrum per paſſionem ſuam, quam ex charitate, & obedictia ſuſtinuit, liberauit nos tanquam membra ſua a peccatis, quaſi pretium ſuę paſſionis. Sicut ſi homo per aliquod opus meritorium quod manu exercet, redimeret ſe a peccato, quod pedibus commiſiſſet. Sicut enim corpus naturale eſt vnum ex membrorum diuerſitate conſiſtens: ita tota Eccleſia, quæ eſt myſticum corpus Chriſti computatur quaſi vna perſona cum ſuo capite, quod eſt Chriſtus. Ideo dicitur Apoc. primo. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. hæc Thomas. Nona ratio ſumitur ad idem, ex ratione ſacramentalis emanationis. Vnde S. Thomas 3.par.q.62.art.5. in Reſp. principali dicit ſic. Sacramentum operatur ad gratiam cauſandam per modum inſtrumenti: Eſt autem duplex inſtrumentum, vnum quidem ſeparatum, vt baculus. Aliud autem coniunctum, vt manus, per inſtrumentum autem coniunctum, mouetur inſtrumentum ſeparatum, ſicut baculus per manū. Principalis autem cauſa efficiens gratiæ eſt ipſe Deus, ad quem comparatur humanitas Chriſti ſicut inſtrumentum coniunctum; Sacramentum autem ſicut inſtrumentum ſeparatum. Et ideo oportet quod virtus ſalutifera deriuetur a Diuinitate Chriſti per eius humanitatem; in ipſa ſacramenta. Gratia autem ſacramētalis ad duo

Chriſtus per ſuum ſanguinem nouā vitam incoauit.

Octauo ratio.

Chriſtus ut caput liberauit nos a peccatis tāquam membra ſua.

Eccleſia eſt ſicut pſona vna cum ſuo capite, quod eſt Chriſtus.

Nona ratio.

Sacramētum operatur ad cauſandā gratiā per modū inſtrumenti.

Cauſa principalis efficiens gratiæ eſt Deus. humanitas Chriſti inſtrumentū cō iunctū, ſacramentū inſtrumentum ſeparatum.

Gratia ſacramentalis ad duo ordinatur

ordinari videtur. videlicet ad tollendos defectus peccatorum prǽteritorum, inquantum tranſeunt actu, & remanent reatu, & iterum ad perficiendam animam in his quę pertinent ad cultum Dei ſecundum religionem Chriſtianæ vitæ. Chriſtus enim liberauit nos a peccatis poſt is precipue per paſſionem ſuam, nō ſolum efficienter, ſed etiam meritorie, atque ſatisfactorie. Similiter per ſuam paſſionem initiauit ritum Chriſtianę religionis; offerens ſeipſum oblationem, & hoſtiam Deo; vt dicitur Epheſ. 5. Vnde ſacramenta Eccleſiæ ſpecialiter habent virtutem ex paſſione Chriſti, cuius virtus quodammodo nobis copulatur per ſuſceptionem ſacramentorum. In cuius ſignum de latere Chriſti pendentis in cruce fluxerunt aqua, & ſanguis, quorum vnum pertinet ad Baptiſmum, aliud autem ad Euchariſtiam: quæ ſunt potiſſima ſacramenta, ſecundum illud Roman. 3. Quem propoſuit Deus propiciatorem per fidem in ſanguine ipſius. Et ſuper illud Roman. 5. in ſimilitudinem præuaricationis Adæ dicit gloſa. Ex latere Chriſti dormientis fluxerunt ſacramenta, per quæ formata eſt Eccleſia, & ſaluata. hæc Thomas. His rationibus patet quod in omni tēpore ex quo creata eſt natura humana fuit fides incarnationis Chriſti, & quod Diuinitas eius remanet cōiuncta ſanguini Chriſti. Vnde S. Thomas 4. ſent. diſt. 1. q. 1. art. 3. Dubio 5. in Reſp. principali dicit ſic. Eadem fides eſt, & modernorum, & antiquorum, vt Auguſtinus dicit. Quia quem illi credebant venturum, nos credimus iam veniſſe, & ideo cum ſacramenta fidei correſpondeant. Sicut proteſtationes ipſius, & ab ea ſicut virtutem habentia; oportet, quod ſicut antiqui patres redemptionis Chriſti participes effecti ſunt per ſacramenta, quæ erant ſigna futuri; Ita & in nos redemptio eius perueniat mediantibus aliquibus ſacramentis ſignificantibus, quod iam factum eſt, quæ ſunt ſacramenta nouæ legis. hæc Thomas. Et 3. par. quæſt. 45. art. 4. in Reſpon. principali. §. tertia ratio eſt. dicit ſic. Vt Griſoſtomus dicit in ſermone de paſſione. In excelſo ligno, & non ſub tecto paſſus eſt, vt etiam ipſius aeris materia mundaretur: ſed ipſa terra ſimile beneficium ſentiebat, decurrentis de latere ſanguinis ſtillatione mundata; hæc Thomas. Huius autem mundatio terræ non poterat fieri per ſanguinis Chriſti ſtillationem niſi ex coniunctione Diuinitatis cum eo ergo &c.

Chriſtus per paſſionem ſuā initiauit ritū chriſtianæ religionis.

Virtus paſſionis Chriſti copulatur nobis per ſuſceptionē ſacramentorum.

Antiquorum & modernorū eſt eadem fides.

Vt aeris materia mundaretur, in ligno excelſo, & nō ſub tecto paſſus eſt Chriſtus.

CAPVT XVIII.

In iſto capite tractatur de dignitate, ac excellentia ſanguinis Chriſti ſecundum authoritates ſacræ ſcripturæ.

Quod ſanguis Chriſti ſit admirabilis dignitatis, & excelentiæ oſtēditur quadraginta prærogatiuis.

PRæter ſupradictas rationes quibus declaratur quantæ ſit efficatiæ ſanguis Ieſu Chriſti ex fide atq; deuotione ſanctorum patrum antiquorum, & modernorum. Sciendum quod ſanguis Chriſti eſt ad-

mirabilis

mirabilis dignitatis, & excellentiæ; vt colligitur ex ſacra ſcriptura ſi licet.

Primo non eſt animalium irrationalium ſed hominis. Ioannis 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis.

Secundo non eſt hominis terreni, ſed cęleſtis. Ioannis 6. Ego ſum panis uius qui de cęlo deſcendit. Qui manducat hunc panem viuet in æternum.

Tertio non eſt formatus virili ſeminæ ſed myſtico ſpiramine; Matth. 1. Quod enim in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt. Et Ambroſius. Non ex virili ſeminæ ſed myſtico ſpiramine; Verbum Dei factum caro.

Quarto non eſt de muliere coinquinata, ſed Vergine. Lucæ primo Spiritus ſanctus ſuperueniet in te & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque quod naſcetur ex te &c.

Quinto non eſt hominis puri, ſed Dei, & hominis. Lucæ primo. Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum, ſcilicet quo ad hominem; hic erit magnus &c. quo ad Deum.

Sanguis Chriſti clarificat oculum, ſicut ſanguis columbe, qui illuminat omnē hominē venientem &c.

Sexto non obfuſcat homines, & animas, ſed illuminat. Sicut illuminauit centurionem dicentem Matth. 27. *Vere filius Dei erat iſte homo*, illuminauit Longinum, & latronem. Eſt enim ſicut *ſanguis* columbæ qui clarificat occulum. Ioan. primo. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Septimo non eſt corruptus, ſed corruſcus, ſplendidus, & glorioſus, 1. Petri 1. Redempti eſtis pretioſo ſanguine Agni immaculati Ieſu Chriſti. Et illud cruore eius roſeo, guſtando viuimus Deo.

Sãguis Chriſti nõ mortificat ſed viuificat, ſicut ſanguis Pellicani.

Octauo non mortificat, ſed viuificat, ſicut ſanguis Pellicani. Pſ. 101. Similis factus ſum Pellicano ſolitudinis.

Non eſt purus ſed mixtus, quia ſanguis, & aqua ex latere fluxit.

Nono non eſt purus, ſed mixtus Ioannis 19. Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis, & aqua. Sanguis in pretium, aqua in lauacrum.

Decimo eſt nutrimentum digne ſumentibus, & venenum indigne percipientibus 1. Cor. 11. Probet autem ſeipſum homo &c. vſque nõ dijudicans corpus Domini.

Vndecimo. Non captiuat ſed redimit. Apoc. 5. Redemiſti nos Domine Deus in ſanguine tuo, & feciſti nos Deo noſtro regnum.

Duodecimo. Non maculat, ſed lauat, & mundat. Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Eiuſdem 7. Hi ſunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

Tertiodecimo. Non quærit vindictam, ſed miſericordiam. Rom. 3. Iuſtificati gratis, & per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt

in Chri-

in Chriſto Ieſu &c. vſque ad ſanguinem ipſius.

Quartodecimo. Non accuſat peccatorem coram patre, ſed excuſat clamans in Cruce, Luc. 23. Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt.

Quintodecimo. Non inquietat cęlum ad iuſtitiam, ſicut fecit ſanguis Abel: ſed quieſcit in cęlo dans gloriam ſumentibus eum deuote. Hebręo 12. Acceſſiſtis ad ſanguinis aſperſionem melius loquentem quam Abel.

Sextodecimo. Non eſt ſanguis maledictionis ſed benedictionis, quia caracterem benedictionis in baptiſmo imprimit. Paulus. Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis 1. Cor. 6.

Decimoſeptimo. Nō imprimit characterem damnationis, ſed ſaluationis. Exo. 12. De ſanguine Agni pones in ſuperliminaribus domorum &c.

Decimooctauo. Non condemnat ſed iuſtificat. Roman. 8. Si Chriſtus eſt qui iuſtificat, quis eſt qui condemnet?

Decimonono. Non prouocat patrem ad odium ſed ad amorem. Hieremiæ 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans. Quia per ſanguinem Chriſti eſt ſublata cauſa odij, tum per ablationem peccati, tum per recompenſationem acceptabilioris boni.

Vigeſimo, non prouocat patrem contra te. ſed pro te. Iſa. 63. In dilectione ſua, & indulgentia ſua redemit eos &c. vſq; diebus ſeculi.

Vigeſimoprimo. Non prouocat ad crudelitatem, ſed ad martyriū pietatis. ſicut fecerunt Apoſtoli, qui pro ſalute fidelium martyrium ſuſtinuerunt. Actuum 5. Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

Vigeſimoſecundo. Non prouocat ad peccatum ſed reddit cautum contra eum. Ioelis 3. Et mundabo ſanguinem eorum, quem non mundaueram, & Dominus commorabitur in ſion Pſal. 67. Vt intigatur pes tuus in ſanguine.

Vigeſimotertio. Non ſuccumbit ſed triumphat cōtra Demonem, Mundum, & Carnem; Ioan. 12. Nunc iudicium eſt mundi; nunc princeps huius mundi eicietur foras.

Vigeſimoquarto. Non ignobilitat ſed nobilitat, dum in Baptiſmo de Spiritu ſancto concipimur. Ioan. 1. Quotquot autem receperunt eum &c. vſque, nati ſunt.

Vigeſimoquinto. Non diſgregat, ſed congregat. Ioan. 11. Vt filios Dei qui diſperſi erant congregaret in vnum.

Vigeſimoſexto. Non incarcerat, ſed liberat nos a Demonis poteſtate, ſicut fecit ſanctos patres, educens eos de limbo; Zachariæ 9. Tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui; eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua.

Vigeſimo-

Vigeſimoſeptimo. Cęlum aperit cum ſit clauis paradiſi. ſecundum Hieronimum. Hebr. 10. Habemus fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine ipſius &c. Et illud. O ſalutaris hoſtia, quæ cęli pandis hoſtium bella premunt hoſtilia da robur fer auxilium.

Vigeſimooctauo. Sanguis Chriſti demonſtrat iuſtitiam, & miſericordiam Dei. Hominem enim liberari per paſſionem, & ſanguinem Chriſti conueniens fuit iuſtitiæ, & miſericordiæ ipſius; iuſtitiæ quidem, quia per paſſionem ſuam, & ſanguinem ſuum Chriſtus ſatisfecit pro peccato humani generis, & ita homo per iuſtitiam Chriſti liberatus eſt. Miſericordię vero, quia cum homo per ſe ſatisfacere non poſſet pro peccato totius humanæ naturæ. Deus ei ſatisfactorem dedit filium ſuum, ſecundum illud Rom. 8. Proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro omnibus nobis tradidit illum. Iſaie, 63. Aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea &c. & hoc fuit abundantioris miſericordiæ, quam ſi peccata abſque ſatisfactione dimiſiſſet. Vnde dicitur ad Ephe. 2. Deus qui diues eſt in miſericordia; propter nimiam charitatem qua dilexit nos. cum eſſemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Chriſto. Pſal. Vniuerſe vie domini miſericordia, & veritas requirentibus teſtamentum eius &c.

Vigeſimonono. Sanguis Chriſti implet Dei præſcientiam, & ordinationem. Impoſſibile eſt enim Dei præſcientiam falli, & *eius voluntatem* ſiue diſpoſitionem caſſari. Sed ab æterno præordinatum erat vt fructus humanæ ſalutis non ſequeretur niſi Chriſto patiente. Ioan. 12. Niſi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit ipſum ſolum manet; Si autem mortuum fuerit multum fructum affert. Super quo Auguſtinus dicit. Quod Chriſtus ſeipſum granum dicit. Et Matth. 26. Dominus dicit ad patrem. Pater ſi non poteſt hic calix tranſire a me niſi bibam illum: fiat voluntas tua, quia ſcilicet tu ita preordinaſti.

Ab æterno præordinatũ fuit vt fructus humanæ ſalutis non ſequeretur niſi Chriſto patiente Chriſtus dicit ſeipſum granum.

Trigeſimo. Sanguis Chriſti demonſtrat charitatem Dei circa hominem. Per hoc.n. cognoſcit homo quantũ Deus ipſum diligat, & per hoc prouocatur ad Deum diligendum, in quo perfectio humanę ſalutis conſiſtit. Vnde Apoſtolus dicit ad Romanos 5. commendat Deus ſuam charitatem in nobis; quoniam cum inimici eſſemus Deo, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Vnde S. Thomas 5. quol. q. 3. artic. 2. dicit ſic. Quod Chriſtus pro nobis patiendo animam ſuam poſuerit, maximum fuit dilectionis ſignum. Quod autem corpus ſuum dederit in cibum ſub ſacramento, ad nullum detrimentum ipſius pertinet. Vnde patet quod prior, eſt maius dilectionis ſignum. Vnde & hoc ſacramentum eſt memoriale quoddam, & figura paſſionis Chriſti. Veritas autem præeminet figure & res memoriali. hæc Thomas.

Chriſtus duo ſigna maxima dilectionis oſtendit generi humano; primo ponendo animam ſuã, ſecundo, dando corpus ſuũ in cibum, Primũ eſt maius.

Trigeſimoprimo. Sanguis Chriſti dedit nobis exemplum humili-

tatis, obedientiæ, conſtantiæ, Iuſtitiæ, & cęterarum virtutum in paſſione Chriſti oſtenſarum; quæ ſunt neceſſarie ad humanam ſalutem. Vnde dicitur 1. Petri 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquẽs exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.

Trigeſimoſecundo. Sanguis Chriſti, gratiam iuſtificantem, & gloriam beatitudinis nobis promeruit. Nam Chriſto data eſt gratia, non ſicut ſingulari perſone, ſed etiam inquantum eſt caput Eccleſiæ, vt ſcilicet ab ipſo redundaret ad membra, & ideo hoc modo opera Chriſti ſe habent tam ad eſſe quam ad ſua membra; ſicut ſe habent opera alterius hominis in gratia conſtituti ad ipſum. Quicunque autem in gratia conſtitutus propter iuſtitiam patitur, ex hoc ipſo meretur ſalutem, ſecundum illud Mat. 5. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum. Vnde Chriſtus propter ſuam paſſionem non ſolum meruit ſibi, ſed etiam omnibus ſuis membris meruit ſalutem. Epheſ. 2. Vos autem in Chriſto Ieſu, qui aliquando fuiſtis longe, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti, ſcilicet per gratiam, & virtutum operationem.

Chriſtus meruit ſibi, & omnibus mẽbris ſuis ſalutem.

Trigeſimotertio. Sanguis Chriſti prouocat hominem ad maiorem neceſſitatem ſe immunem a peccato conſeruandi ſecundum illud 1. Corint. 6. empti eſtis pretio magno; glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.

Trigeſimoquarto. Sanguis Chriſti perduxit hominem ad maiorem dignitatem, quæ in hoc conſiſtit. Quod ſicut homo victus fuerat, & deceptus a Diabolo, ita, & homo eſſet qui Diabolũ vinceret, & ſicut homo mortem meruit, ita homo moriendo mortem ſuperaret, vt dicitur 1. Corint. 15. Deo gratias qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum. Et Auguſtinus 13. de ciuitate Dei dicit ſic. Sanande noſtre miſerie conuenientior modus non fuit, quam paſſionem Chriſti. in qua quidem, ſanguinem ſuum fudit, ſecundum illud. Sanguiniſq. pretioſi, quem in mundi pretium; fructus ventris generoſi Rex effudit gentium.

Trigeſimoquinto. Sanguis Chriſti oſtendit bonum virtutis. Nam vita corporalis Chriſti, fuit tante dignitatis, & precipue propter Diuinitatem vnitam, quod de eius amiſſione, etiam ad horam magis eſſet dolendum, quam de amiſſione alterius hominis per quantumcunque tempus. Vnde Philoſophus dicit in 3. Ethicorum quod virtuoſus, plus diligit vitam ſuam, quanto ſit eam eſſe meliorem, & tamen eam exponit propter bonum virtutis; & ſimiliter Chriſtus vitam ſuã maxime dilectam expoſuit propter bonum charitatis, ſecũdum illud Hieremiæ 12. dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius.

Chriſtus propter bonũ charitatis exponit vitã ſuam maxime dilectam.

Trigeſimoſexto. Sanguis Chriſti demonſtrauit compaſſionem ſu-

K per

per populum pereuntem. Nam in Pſal. dicitur. Repleta eſt malis anima mea; Super quo gloſa dicit. Non vitijs, ſed doloribus, quibus anima carni compatitur. Vel malis, ſcilicet pereuntis populi compatiendo.

Trigeſimoſeptimo. Sanguis Chriſti petit vnionem duorum populorum. Nam ſecundum Hilarium. Duo latrones, leuæ, ac dexteræ affiguntur, omnem humani generis diuerſitatem vocari ad ſacramentum paſſionis Domini oſtendentes; ſed quia per diuerſitatem fidelium atque infidelium fit omnium ſecundum dexteram ſiniſtramque diuiſio; vnus ex duobus ad dexteram ſitus; fidei iuſtificatione ſaluatur; ſecundum illud Epheſ. 2. per ipſum habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu ad patrem.

Trigeſimooctauo. Sanguis Chriſti inducit omnes electos ad gaudium, & lętitiam. Vnde Beda ſuper Mat. dicit, quod latrones qui cum Domino Ieſu Chriſto Crucifixi ſunt. Significant eos, qui ſub fide, & confeſſione Chriſti vel agonem martyrij, vel quęlibet artioris diſciplinæ inſtituta ſubeunt; Sed qui hoc pro æterna gloria gerunt, dextri latronis fide deſignantur; Qui vero humanæ laudis intuitu ſiniſtri latronis immitantur, & actum; Electi autem pro æterna gloria; gaudiū & letitiam obtinębunt; quod quidem, fit ſanguine Chriſti. Actuum 20. Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus ſanctus epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

Trigeſimonono. Sanguis Chriſti præſtat remedium contra hoſtis impugnationem. Quamuis enim Diabolus, Deo permittente, poſſit tentare homines, quantum ad animam, & necare quantum ad corpus. tamen pręparatum eſt homini remedium ex paſſione, & ſanguine Chriſti; quo ſe poteſt tueri contra hoſtis impugnationes, ne deducatur in interitum mortį æternæ; & hæc virtus paſſionis, & ſanguinis Chriſti, in perpetuum curat; ſecundum illud Hebr. 5. Vna oblatione conſumauit ſanctificatos in ſempiternum.

Quadrageſimo. Sanguis Chriſti oblatus in Cruce Deo patri, profuit viuis, & mortuis: prodeſt enim per modum ſacrificij omnibus, pro quibus offertur, inquantum pro ſalute ipſorum offertur. Vnde & in canone miſſæ dicitur. Memento etiam Domine famulorum famularum quæ tuarum; pro quibus tibi offerimus hoc ſacrificium laudis, pro ſe ſuiſque omnibus, pro redemptione animarum ſuarum, pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ. Vnde S. Thomas 3. parte q. 79. artic. 7. in Reſp. ad 2. argu. dicit ſic. Paſſio Chriſti prodeſt quidem omnibus inquantum ad ſufficientiam ad remiſſionem culpæ, & adoptionem gratiæ, & gloriæ; ſed effectum non habent niſi in illis qui paſſioni Chriſti coniunguntur per fidem, & charitatem. hæc Thomas. Et Auguſtinus in libro ſententiarum proſperi, vt habetur de conſecratione diſt.

Paſſio Chriſti prodeſt omnibus ſed effectū non habet in illis q. paſſioni Chriſti per fidem nō cōiunguntur.

2.c.ſemel immolatus eſt; dicit ſic. In manifeſtatione ſui corporis, in diſtinctione ſuorum membrorum omnium, verus Deus, & verus homo, ſemel tantum in cruce pependit. Offerens patri ſeipſum hoſtiam viuam, & paſſibilem, mortalem viuorum ac mortuorum redemptionis efficacem eorum; ſcilicet quos altitudo diuini conſcilij redimendos iudicauit; præſciuit; prædeſtinauit, vocauit modis omnibus; temporibuſque, quibus id fieri congruebat. hęc ibi. &c.

CAPVT XIX.

In hoc capite ſoluuntur rationes ſuperius poſite; ac oſtenditur quod determinare hanc quæſtionem, eſt temerarium; cum ſpectet ad ſummum Pontificem.

RAtiones ſupradicte quib. perſuadetur, quod Diuinitas fuerit ſemper vnita ſanguini Chriſti, & ita etiam in triduo mortis eius, de quo in præſentiarum eſt ſermo; nō ſunt multum efficaces. Non enim alia opinio ſentit quod Diuinitas ſimpliciter fuerit ſeparata à ſanguine Chriſti in triduo; ſed dicit quod Verbum Diuinum non fuit perſonaliter vnitum ſanguini Chriſti effuſo: Sicut perſonaliter fuit vnitum corpori Chriſti in ſepulcro, & anime in limbo; pro eo quod ſanguis non eſt pars eſſentialis naturæ humanæ, ſicut corpus, & anima, vt multipliciter oſtenſum eſt. Hæc autem oppinio tenet Diuinitatem fuiſſe vnitam ſanguini Chriſti effuſo, non determinans modum vnionis: niſi forte diceret quod ſpeciali quodam modo fuerit illi vnita propter connaturalitatem ipſius ſanguinis ad naturam humanam, ſecundum quod eſt conſeruatiuus vitæ hominis, & ſecundum hunc modum ſpeciali quadam virtute, Diuinitas illum ſanguinem conſeruauit ne deſcenderet in corruptionem. ſecundum illud Pſalm. Quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem. Etiam pręſeruauit illum ſanguinem ne a beſtijs lingeretur. Sicut de ſanguine Iezabel 3. Regum dicitur. Et ne pedibus conculcaretur ſicut Iob 16. dicitur Terra ne operias ſanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus. Super quo ſanctus Thomas in poſtilla ſuper Iob dicit ſic. Intelligit per ſanguinem, corporis ſui afflictionem, hic autem ſanguis operiretur, ſi pro culpa ſua fuiſſet effuſus, ſic autem non haberet gloriam. Operiretur autem terra, ſub occaſione terrenę fragilitatis: ſi pro præcedenti culpa præſumeretur punitus. Si autem ſanguis eius abſq; culpa fuiſſet effuſus, iuſtam quærelam haberet contra effundentem. Sicut Geneſeorum 4. dicitur. Ecce vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Hic autem clamor latet, ſi iuſta conqueſtio ſua videretur; quaſi eius qui culpa ſua fuerit punitus. hæc

Determinare ſententiā hāc ſpectat ad ſūmum Pontificem.

Chriſtus ſanguinem ſuum præſeruauit ne a beſtijs lingeretur, & ne pedibus cōculcaretur.

Prima ratio nõ concludit.

Thomas. Nam prima ratio non concludit, quia vt ſanctus Thomas 3. parte q.61.artic.2. in Reſp.principali dicit ſic. In ſtatu innocentiæ ſacramenta non erant neceſſaria; cuius ratio poteſt accipi ex rectitudine ſtatus illius, in quo ſuperiora inferioribus dominabantur, & nullo modo dependebant ab eis. Sicut enim mens ſuberat Deo, ita menti ſuberant inferiores animæ vires, & ipſi animæ corpus; Contra hunc autem ordinem eſſet; ſi anima perficeretur, vel quantum ad ſcientiam, vel quantum ad gratiam per aliquod corporale, quod fit in ſacramentis; & ideo in ſtatu innocentiæ, homo, ſacramentis non indigebat, non ſolum inquantum ſacramenta ordinantur in remedium peccati, ſed etiam inquantum ordinantur ad animæ perfectionem. Et quamuis homo in ſtatu innocentiæ gratia indigebat: non tamen vt conſequeretur gratiam per aliqua ſenſibilia ſigna, ſed ſpiritualiter, & inuiſibiliter. hæc Thom. Et in quæſtionibus de veritate queſt. 18. art.3.in Reſp. ad 4.argu.dicit ſic. Adam de redemptore non habebat fidem explicitam, ſed implicitam ſolum, inquantum credebat Deum ſibi ſufficienter prouiſurum in his omnibus, quæ ſuæ ſaluti neceſſaria erant, hæc Thomas. Vnde patet quod Adam non credidit explicite Diuinitatem vniri ſanguini Chriſti pro redemptione ipſius, & ita ratio non procedit. Secunda ratio non procedit, quia licet Adam obligauerit totum ſanguinem ſuum per reſpectum ad eos qui ab eo per rationem ſeminalem propagandi erant; Sanguis tamen Chriſti non ſic ab Adam deſcendit velut coinquinatus, & maculatus peccato. Vnde Hebræorum 7.dicitur. Talis enim decebat nobis vt eſſet pontifex ſanctus, impollutus, ſegregatus a peccatoribus, & excelſior cęlis factus. Super quo ſanctus Thomas in poſtilla ad Hebręos dicit ſic. Ponit hic quatuor conditiones de Chriſto, quæ debebant eſſe in ſacerdote legali. Prima eſt ſanctitas. Leuitici 21. Incenſum, & panes offerunt Deo, & ideo ſancti erunt Deo ſuo. Hanc autem perfecte habuit Chriſtus. Sanctitas enim importat puritatem conſecratam Deo; Chriſtus autem a principio ſuę conceptionis Deo conſecratus fuit. Luc.1.Quod enim ex te naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei Mat.1. Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt: Danielis 9. Vngatur ſanctus ſanctorum. Secunda, eſt Innocentia. Leuitici 22. Cuſtodient præcepta mea, vt non ſubiaceant peccato: proprie autem dicitur innocentia puritas ad Chriſtum; Pſal. Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. Chriſtus autem ſumme innocens fuit, vtpote: qui peccatum non fecit. Pſalm. Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum. Tertia quod eſſet impollutus quo ad ſe. Leuitici 21. Homo de ſemine tuo qui habuerit maculam non offerat panes Deo ſuo. De Chriſto autem dicitur in figura Exodi 12. Erit agnus abſque macula. Quarta eſt, qui a

Homo in ſtatu innocentiæ nõ indigebat ſacramentis.

Homo in ſtatu innocentię indigebat gratia.

Adam non habebat fidẽ explicitã de Redemptore, ſed implicitam.

Ad 2.rationẽ.

In ſacerdote legali quatuor requirebantur condiciones.

Prima, ſanctitas.

Secunda Innocentia.

Tertia quod ſit impollutus

non commiſcetur cum coinquinatis. Leuitici 21. Non commiſceat ſtirpem generis ſui vulgo gentis ſuæ. Chriſtus autem perfectiſſime fuit a peccatoribus ſegregatus. Pſal. Beatus vir qui non habijt in conſcilio impiorum. Quod quidem verum eſt quãtum ad ſimilitudinem vitæ. Sapientiæ 2. Diſſimilis eſt alijs vita illius, non tantum quantum ad conuerſationem, quia cum hominibus conuerſatus eſt. Barucch. 3. Et hec propter conuerſionem illorum; Mat. 9. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magiſter veſter. Et in tantum ſegregatus, quod etiam excellior cęlis factus eſt, ideſt omni cęleſti creatura; ſublimata eſt natura humana in Chriſto. Hebręorum 1. Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. hæc Thomas. Sanguis itaque Chriſti fuit ſanctus, innocens, impollutus, ſine vlla macula, ex quo formatum eſt corpus Chriſti, quod oblatum eſt pro expiatione peccati totius mundi. Ioannis 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hanc ergo fidem de Diuinitate, & humanitate Chriſti habuerunt antiqui patres: quam fidem proteſtabantur quibuſdam oblationibus. Vnde S. Thomas 3. par. q. 60. art. 5. in Reſp. ad 3. argum. dicit ſic. Sicut Auguſtinus dicit 19. contra Fauſtum. Diuerſa ſacramenta diuerſis temporibus congruunt. Sicut etiam diuerſis verbis ſignificantur diuerſa tempora, ſcilicet præſens, præteritum, & futurum. Ideo ſicut in ſtatu legis naturæ: homines nulla lege exterius data, ſolo interiori inſtinctu mouebantur ad Deum colendum, ita etiam ex interiori inſtinctu determinabatur eis, quibus rebus ſenſibilibus ad Dei cultum vterentur, vt patet Geneſeorum 28. Vbi ſe Iacob vocauit decimas, & hoſtias pacificas oblaturum. hæc Thomas. Ex quibus patet; quod fides antiquorum non erat explicita de ſanguine Chriſti effuſo in triduo, ſed de Diuinitate, & humanitate Chriſti ſimul vnitis in vnam perſonam. Et ſi adducatur illud Geneſeorum 49. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Dicendum quod per ſtolam intelligitur anima Chriſti, quæ ſe habet ad Diuinitatem eius ſicut ſtola. Per vinum autem intelligitur paſſio interior, & ſpiritualis. Per pallium intelligitur corpus Chriſti quod ſuperueſtit animam. Per ſanguinem vuæ, intelligitur paſſio exterior, & corporalis. Fides igitur Iacob fuit tam de incarnatione, quam de paſſione Chriſti. Iſai. 63. Quis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum &c. Non fuit autem fides Iacob quod Diuinitas perſonaliter vniretur ſanguini Chriſti in triduo. Tertia ratio non procedit. Nam ſanctus Thomas 4. ſent. diſt. 1. q. 1. art. 2. dubio 3. in Reſp. ad 2. argum. dicit ſic. Ante legem ſcriptam erant quædam ſacramenta neceſſitatis ſicut illud fidei ſacramentum quod ordinabatur ad delectionem originalis peccati; & ſimiliter pęnitentia quæ ordinabatur ad delectionem actualium; & ſimiliter ma-

Quarta quod non commiſceret cũ coinquinatis.

Patres antiqui habuerunt fidem de Diuinitate, & humanitate Chriſti.

Antiquorum fides non erat explicita de ſãguine Chriſti effuſo in triduo.

Fides Iacob fuit & de incarnatione, & paſſione Chriſti.

Ad 3. argum.

trimonium quod ordinabatur ad multiplicationem humani generis: Sed ſacrificia; oblationes, & huius erant neceſſitatis, & voluntatis. Neceſſitatis quidem vt facerent aliquid in proteſtationem fidei ſuæ, qua Deo per latriæ religionem ſubiecti erant. Sed in ſpeciali erant voluntatis. Vtrum ſcilicet deberet ſacrificia exhibere, vel oblationes vel aliquid huius. hæc Thomas. Et 3. parte q. 62. art. 6. in Reſp. ad 1. argu. dicit ſic. Antiqui patres habebant fidem de paſſione Chriſti futura, quæ ſecundum quod erat in apprehenſione animæ, poterat iuſtificare. hæc Thomas. Sic ergo patet quod per fidem paſſionis Chriſti iuſtificabantur antiqui patres. Non autem iuſtificabantur per hoc quod crederent Diuinitatem vnitam perſonaliter ſanguini Chriſti in paſſione effuſo, ſicut nec nos per hoc iuſtificamur, cum nondum ſit per Eccleſiam determinatum. Quarta ratio non multum procedit. Nam S. Thomas prima ſecundæ quęſt. 102. art. 5. in Reſp. ad 1. arg. dicit ſic. Litteralis ratio circuncıſionis principalis quidem fuit ad proteſtationem fidei vnius Dei. Et quia Abraham primus fuit, qui ſe ab infidelibus ſeparauit, exiens de Domo ſua, & de cognatione ſua. Ideo ipſe primus circunciſionem accepit. Et hanc cauſam aſſignat Apoſtolus ad Romanos 4. Signum accepit circunciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei, quæ eſt in præputio. Quia ſcilicet in hoc legitur Abrahæ fides reputata ad iuſtitiā: quia contra ſpem in ſpem credidit, ſcilicet contra ſpem naturæ in ſpem gratiæ; vt fieret pater multarum gentium; cum ipſe eſſet ſenex, & vxor ſua eſſet anus, & ſterilis, & vt hæc proteſtatio, & imitatio fidei Abrahę firmaretur in cordibus Iudæorū, acceperunt ſignum in carne ſua cuius obliuiſci non poſſent. Vnde dicitur Geneſeorum 17. Erit pactum meum in carne veſtra in fędus ęternum. Secunda ratio eſſe potuit ad debilitationem concupiſcentiæ in membro illo. Tertia ratio fuit in ſugillationem ſacrorum Veneris, & Priapi, in quibus illa pars corporis honorabatur. Deus autem non prohibuit niſi inciſionem, quæ in cultū Idolorum fiebat, cui non erat ſimilis prædicta circunciſio. Figuralis vero ratio circunciſionis erat; quia figurabatur oblatio corruptionis fienda per Chriſtum; quæ perfectę complebitur in octaua ętate, quæ eſt ętas reſurgentium; Et quia omnis corruptio culpæ, & pęnæ, peruenit in nos per carnalem originē ex peccato primi parentis. Ideo talis circumciſio fiebat in membro generationis. Vnde Apoſtolus ad Coloſ. 2. dicit. Circūciſi eſtis in Chriſto circunciſione nō manufacta in expoliatione corporis carnis, ſed in circunciſione Domini noſtri Ieſu Chriſti hæc Tho. Et 4. ſent. diſt. 1. q. 2. art. 6. Dubio 1. in Reſp. principali dicit ſic. Peccatum originale eſt peccatum naturæ; Natura enim reparari non poterat niſi per Chriſtum, & ideo nunquam poterat remitti peccatum originale alicuius, niſi facta relatione, & continuatione quadam illius, qui curari

Sacrificia, oblationes & ſimilia, erant neceſſitatis, & voluntatis.

Ad 4. argum.

Circunciſio fuit ſignum proteſtationis fidei vnius Dei.

debebat

debebat ad Chriſtum, quod per fidem fiebat: & ideo fides mediatoris ſemper fuit efficax ad curandum ab originali. In illis quidem qui vſum liberi arbitrij habebant propria, in alijs vero aliena, vt nec eis omnino deeſſet diuinum remedium. hæc Thom. Patet itaque quod fides mediatoris erat cauſa ſalutis eorum, qui circuncidebantur, & non fides vnionis ſanguinis cum Diuinitate in triduo. Quinta ratio non procedit. Nam vt S. Thomas 3.par.q.61.arti.3.in Reſp.ad 2.arg. dicit: Status humani generis poſt peccatum, & ante Chriſtum, poteſt conſiderari dupliciter, vno modo, ſecundum fidei rationem, & ſic ſemper vnus, & idem remanſit, quia ſcilicet iuſtificabantur homines per fidem futuri Chriſti Aduentus. Alio modo poteſt conſiderari ſecundum intenſionem, & remiſſionem peccati, & expreſſę cognitionis de Chriſto. Nam per incrementa temporum, & peccatum cæpit in homine magis dominari, intantum quod per peccatum hominis ratione obtenebrata non ſufficiebant homini ad recte viuendum pręcepta legis naturalis, ſed neceſſe fuit determinari pcepta in lege ſcripta, & cum his quædam fidei ſacramenta, competebat etiam vt per incrementa temporũ, magis explicaretur cognitio fidei; quia vt Gregorius dicit. Per incrementa temporum creuit Diuinæ cognitionis augmentum, & ideo etiam neceſſe fuit, quod in veteri lege quædam ſacramenta fidei quam habebant de Chriſto venturo determinarentur; quæ quidem comparantur ad ſacramenta, quæ fuerunt ante legem, ſicut determinatum, ad indeterminatum, quia ſcilicet ante legẽ non fuit pręfixum homini determinate quibus ſacramentis vteretur ſicut fuit per legem, quod erat neceſſarium, & propter obtenebrationem legis naturalis, & vt eſſet determinata fidei ſignificatio. hęc Tho. & in Reſp. ad 3. arg. dicit ſic. Sacramentum Melchiſedech, quod fuit ante legem, magis aſſimilatur ſacramento nouæ legis in materia, inquantum ſcilicet obtulit panem, & vinum, vt habetur Geneſeorum 18. Sicut etiam ſacrificium noui teſtamenti, oblatione panis, & vini perficitur: ſacramenta autem legis Moſaycæ, magis aſſimilantur rei ſignificatę per ſacramentũ, ſcilicet paſſioni Chriſti, vt patet de Agno paſcali, & alijs huius. hæc Thomas. Et 4. ſent. diſt. 1. q. 1. art. 4. dubio 3. in Reſp. principali dicit ſic. Inſtrumentum virtutem non accipit, niſi ſecundũ quod principali agenti cõtinuatur. Principale autem agens, & per ſe ad iuſtificationem eſt Deus ſicut cauſa efficiens; & paſſio Chriſti ſicut cauſa meritoria. Huic autem cauſę continuatur ſacramentum ex fide Eccleſiæ, quæ inſtrumentum refert ad principalem cauſam, & ſignum ad ſignatum. Et ideo efficatia inſtrumentorum ſeu ſacramentorum vel virtus, eſt, ex tribus, ſcilicet, ex inſtitutione Diuina, ſicut ex principali cauſa agente; ex paſſione Chriſti, ſicut ex cauſa prima meritoria; & ex fide Eccleſię ſicut ex continuante inſtru-

Ad 5. argum.

mentum principali agenti. Vnde Chriſtus ſecundum quod homo eſt cauſa meritoria iuſtificationis: ſed ſecundum quod Deus eſt cauſa influens gratiam. Et quia fides dat efficatiam ſacramentis inquantum cauſæ principali, quodammodo continuat, vt dictum eſt. Ideo fides paſſionis Chriſti a qua immediate, & directe ſacramenta efficatiam habent, ſacramentis efficatiam largitur. hæc Thomas. Sic ergo patet quod ſacrificia veteris legis iuſtificabant ex fide mediatoris: & non ex fide vnionis perſonalis cum ſanguine effuſo. Sexta ratio non efficaciter probat intentum, quia virtus remiſſiua peccatorum profluit a Diuinitate Chriſti principaliter, ab humanitate eius inſtrumentaliter coniuncte, a ſacramentis inſtrumentaliter ſeparate. Vnde ſanctus Thomas 3. par. q. 62. arti. 5. in Reſp. ad 2. arg. dicit ſic. Per fidem Chriſtus habitat in nobis, vt dicitur ad Epheſ. 3. & ideo virtus Chriſti copulatur nobis per fidem; Virtus autem remiſſiua peccatorum, quodam ſpeciali modo pertinet ad paſſionem Chriſti, & ideo per fidem paſſionis eius, ſpecialiter homines liberantur a peccatis; ſecundum illud ad Roman. 3. Quem propoſuit Deus propiciatorem per fidem in ſanguine ipſius. Et ideo virtus ſacramentorum, quæ ordinatur ad tollenda peccata præcipue eſt ex fide paſſionis Chriſti. hæc Thomas. Et eadem parte q. 48. art. 3. in Reſp. ad primum argum. dicit ſic. Sicut dicit Auguſtinus libro decimo de Ciuitate Dei. Huius veri ſacrificij multiplicia variaque erant ſigna ſacrificia priſca ſanctorum, cum hoc vnum per multa figuraretur, tanquam verbis multis res vna diceretur, vt ſine faſtidio multum commẽdaretur. Veritas licet reſpondeat figure quantum ad aliquid; non tamen quantum ad omnia; quia oportet quod veritas figuram excedat, & ideo conuenienter figura huius ſacrificij, quo caro offertur pro nobis, fuit caro non hominum, ſed aliorum animalium ſignificantium carnem Chriſti, quæ eſt perfectiſſimum ſacrificium. Primo quidem quia ex eo, quod eſt humanæ naturæ caro, congrue pro hominibus offertur, & ab eis ſub ſacramento ſumitur. Secundo, quia ex eo quod erat paſſibilis, & mortalis, apta erat immolationi. Tertio quia ex eo quod erat ſine peccato, efficax erat ad emundanda peccata. Quarto, quia ex eo quod erant caro ipſius offerentis, erat accepta Deo propter charitatem, ſuam offerentis carnem. Vnde Auguſtinus dicit 4. de Trinitate. Quid tam congruenter ab hominibus ſumeretur, quod pro eis offereretur, quam caro humanæ. Et quid tam aptum huic immolationi, quam caro mortalis? Et quid tam mundum pro mundandis vitijs mortalium, quam ſine carnalis concupiſcentiæ vitio? Caro nata in vtero, & ex vtero Virginali? Et quid tam grate offerri, & ſuſcipi poſſet, quam caro ſacrificij noſtri, corpus effectum ſacerdotis noſtri? hæc Thomas. Sic ergo patet quod caro ſecũdum quam Chriſtus Paſſionem ſuſtinuit, eſt inſtrumentum

Chriſtus vt homo eſt cauſa meritoria iuſtificationis vt Deus eſt cauſa influẽs gratiam.

Sacrificia veteris legis iuſtificabant nõ ex fide mediatoris perſonalis cũ ſanguine effuſo ſed ex fide mediatoris ſolum.

Ad 6. argum.

mentum Diuinitatis, ex quo eius paſſiones, & actiones operantur in virtute Diuina ad expellendum peccatum. ſecundum quam quidem virtutem paſſio Chriſti eſt cauſa remiſſionis peccatorum. Sicut ſi medicus faciat medicinam ex qua poſſint etiam quicũque morbi ſanari. Sanguis autem in paſſione effuſus repreſentabat paſſionis Chriſti myſterium in eius carne perpetratum: Ideo ſancti, quando loquuntur de ſanguine Chriſti, loquuntur de myſterio paſſionis Chriſti. Vnde non intelligunt quod Diuinitas verbi fuerit perſonaliter vnita ſanguini Chriſti effuſo in cruce in illo triduo. Septima ratio non efficaciter probat quod intendit. Nam Chriſtus ſua paſſione & morte meruit nobis introitum regni cęleſtis, & impedimentum remouit. Vnde ſanctus Thomas 3.par.q.5.artic.6.in Reſp.principali dicit ſic. De morte Chriſti dupliciter loqui poſſumus. Vno modo ſecundum quod eſt in fieri, ſecundo modo ſecundum quod eſt in facto eſſe. Dicitur autem mors eſſe in fieri quando aliquis per aliquam paſſionem vel corporalem, vel violentam, tendit in mortem, & hoc modo idem eſt loqui de paſſione Chriſti, & de morte ipſius, & ita ſecundum hunc modum; mors Chriſti eſt cauſa noſtræ ſalutis, ſicut & paſſio eius; Sed in facto eſt; mors conſideratur ſecundum quod iam facta eſt ſeparatio corporis, & animæ, & ſic non loquimur de morte Chriſti. Hoc autem modo mors Chriſti non poteſt eſſe cauſa noſtræ ſalutis per modum meriti, ſed ſolum per modum efficientiæ, inquantum ſcilicet nec per mortem Diuinitas fuit ſeparata a carne Chriſti. Et ideo quicquid contingit circa carnem Chriſti, etiam anima ſeparata, fuit nobis ſalutiferum, virtute Diuinitatis ſibi vnite. Cõſideratur autem proprie alicuius cauſæ effectus, ſecundum ſimilitudinem cauſæ. Vnde quia mors eſt quædam priuatio vitæ, proprie autem effectus mortis Chriſti attenditur circa remotionem eorum quæ contrariantur noſtre ſaluti. Quæ quidem ſunt mors animæ, & mors corporis; & ideo per mortem Chriſti dicitur eſſe deſtructa in nobis mors animæ quæ eſt per peccatum. ſecundum illud ad Romanos 4. Traditus eſt ſcilicet in mortem propter delicta noſtra. Et mors corporis, quæ conſiſtit in ſeparatione animæ ſecundum illud primæ ad Cor.15. Abſorta eſt mors in victoria. Vnde mors Chriſti operata eſt noſtram ſalutem ex virtute Diuinitatis vnite, & non ex ſola ratione mortis. Quamuis autem mors Chriſti fuerit corporalis, tamen corpus illud fuit inſtrumentum Diuinitatis ſibi vnite, in cuius virtute operabatur etiam mortuum. hæc Thomas. Et eadem parte q.52.arti.1.in Reſp.ad 2.argu. dicit ſic paſſio Chriſti fuit quædam cauſa vniuerſalis humanæ ſalutis, tam viuorum, quam mortuorum. Cauſa autem vniuerſalis applicatur ad ſingulares effectus per aliquid ſingulare. Vnde ſicut virtus paſſionis Chriſti applicatur viuentibus per ſacramenta configurantia nos paſſioni

Sancti quãdo loquuntur de ſãguine Chriſti loquuntur de myſterio paſſionis Chriſti.

Ad 7.argum.

De morte Chriſti dupliciter loqui poſſumus.

Mors Chriſti in fieri, ſuit cauſa noſtræ ſalutis.

Mors Chriſti in facto eſſe non poteſt eſſe cauſa noſtræ ſalutis p modũ meriti ſed ſolũ per modum efficientiæ.

Mors Chriſti operata eſt ſalutem noſtrã ex virtute Diuinitatis vnite non autem ex ſola ratione mortis.

Mors Chriſti applicatur viuentibus per Sacramenta.

Mors Chriſti applicatur mortuis per deſcẽſũ Chriſti ad inferos.

ſioni Chriſti: Ita etiam applicata eſt mortuis per deſcenſum Chriſti ad inferos. Propter quod ſignanter dicitur Zachariæ 9. Quod eduxit vinctos de lacu in ſanguine teſtamenti ſui, ideſt per virtutẽ paſſionis ſuæ. hęc Thomas. Nõ itaq; voluit Propheta Diuinitatẽ eſſe perſonaliter vnitam ſanguini effuſo; ſed liberationem ſanctorum patrum ab inferis, fuiſſe per paſſionem Chriſti, eis applicatam, viſitãdo eos, & illuminando. Vnde deſcenſus Chriſti ad inferos operatus eſt in virtute ſuæ Diuinitatis, & paſſionis, quæ fuit ſatisfactoria. Sed in generali; cuius virtutem oportebat applicari ad vnunquemque per aliquid ad ipſum pertinens, & ita illis ſolum, liberationis fructum obtulit qui fuerunt paſſioni Chriſti coniuncti per fidem, & charitatem; per quam peccata tolluntur.

Ad 8. argum.

Qui ſatisfacit pro offenſa, exibet offenſo quod æque vel magis diligit, quam oderit offenſam.

Octaua ratio non eſt ſufficiens. Nam S. Thomas 3. p. quæſt. 48. art. 2. in Reſp. principali dicit ſic. Ille proprie ſatisfacit pro offẽſa, qui exhibet offenſo id quod æque vel magis diligit, quam oderit offenſam; Chriſtus autem ex charitate, & obedientia patiendo; magis aliquid Deo exhibuit quam exigeret recompenſatio totius offenſæ humani generis. Primo quidem propter magnitudinem charitatis ex qua patiebatur. Secundo propter dignitatem vitæ ſuæ, quam pro ſatisfactione ponebat; quæ erat vita Dei & hominis. Tertio propter generalitatem paſſionis, & magnitudinem doloris aſſumpti, & ideo paſſio Chriſti non ſolum ſufficiens, ſed etiam ſuperabundans ſatisfactio fuit pro peccato humani generis: ſecundum illud Ioannis 4. Ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris, non ſolum noſtris, ſed etiam totius mundi. Et quia caput & membra ſunt quaſi vna perſona myſtica. Ideo ſatisfactio Chriſti ad omnes fideles pertinet, ſicut ad ſua membra. Inquantum etiam homines ſunt vnum in charitate; vnus pro alio ſatisfacere poteſt. Dignitas etiam carnis Chriſti non eſt eſtimanda ſolum ſecundum carnis naturam, ſed ſecundum perſonam aſſumentem; inquantum, ſcilicet erat caro Chriſti Dei, ex quo habebat dignitatem infinitam. hæc Thomas.

Sanguis Chriſti effuſus erat ſignũ vltimæ paſſionis Chriſti.

Vnde patet quod quia ſanguis Chriſti effuſus, erat ſignum vltimæ paſſionis Chriſti; Ideo dicitur, quod ſanguis Chriſti erat pretium humanæ redemptionis, dum ſignificabat perſonam Chriſti violenter occiſi. Non autem ita quod Diuinitas perſonaliter vniretur ille ſanguini effuſo.

Ad 9. argum.

Nona ratio, non eſt efficax ad propoſitum oſtendendum. Nam & ſi effuſio ſanguinis directe pertineat ad paſſionem Chriſti, eo quod naturale eſt corpori humano vulnerato, quod ex eo profluat ſanguis, non tamen ſequitur quod Diuinitas Chriſti perſonaliter eſſet vnita illi ſanguini, quia primum eſt naturale; ſecundum autem non, vt conſtat; licet enim carnes animalium occiſorum quæ erant materia Sacramentorum veteris legis, expreſſius repreſentarent Chriſti paſſionem, non tamen fides antiquorum

erat circa vnionem perſonalem Diuinitatis Chriſti; cũ ſanguine eius effundendo in cruce ſeu in paſſione eius. Vnde S. Thomas 3. p. quæſt. 78. artic. 3. in Reſp. ad 2. argum. dicit ſic. Sanguis ſeorſum conſecratus, expreſsè paſſionem Chriſti repreſentat: Ideo in conſecratione ſanguinis fit mentio de paſſione Chriſti & fructu ipſius. hæc Thomas. Vnde effectum, quem facit paſſio Chriſti in cruce pro mundo, hoc Sacramentum Euchariſtiæ facit in homine. Nam ſuper illud Ioannis 19. continuo exiuit ſanguis, & aqua, Chriſoſtomus dicit. Hinc ſuſcipiunt principium ſacra myſteria &c. Hoc Sacramentum remittit peccata quecunque ex paſſione Chriſti, qui eſt fons, & cauſa remiſſionis peccatorum; condonat gloriam: quia paſſio Chriſti ex cuius virtute operatur: hoc Sacramentum eſt quidem ſufficiens cauſa gloriæ; & ita dicendum eſt de alijs effectibus paſſionis Chriſti. Eodem modo ille dignitates, & excellentię, quę dicuntur de ſanguine Chriſti, congrue dicuntur, vel quantum ad incarnationem, vel quantum ad vitam, vel quantum ad paſſionem Chriſti. Vnde vnio perſonalis Diuinitatis Verbi, ad corpus & animam Chriſti expreſse habetur à S. Thoma. Dicit enim prima ſentent. diſtinct. 16. quæſt. 1. artic. 1. in Reſpon. ad 1. argum. In miſſione Filij, Creatura viſibilis ſe habet, non ſolum ſe habet vt per quod, uel in quo oſtenditur miſſio. Sed etiam ut ad quod fit miſſio; quia naturam humanam uiſibilem aſſumpſit in vnitatem perſonæ, ſecundum quam aſſumptionem uiſibiliter in carnem mitti dicitur; & ideo in ipſa natura uiſibili quodam nouo modo exiſtit, ſcilicet, per vnionem non tantum in anima, ſed etiam in corpore. hæc Thomas.

Sanguis ſeorſum conſecratus, expreſſe paſſione Chriſti repreſentat.

CAPVT XX.

In hoc capitulo oſtenditur quod non eſt publice prædicandum Diuinitatem Chriſti fuiſſe ſeparatam a ſanguine ipſius, & quod declaratio huius dubietatis pertinet ad ſummum Pontificem.

NOn ſunt igitur aliquę rationes efficaciter oſtendentes, quod Diuinitas Verbi in illo ſancto triduo mortis Chriſti fuerit perſonaliter vnita ſanguini effuſo: nec quod fuerit ſeparata ab eo. Et quia pro certo non habetur quid horum ſit verius; non reputo hoc eſſe prædicandum: præſertim quia non videtur probabile quod ſacri Doctores. Auguſtinus; Leo Papa. Gregorius, & alij hoc in ſuis ſermonibus tacuiſſent. Si aliquid robur authoritatis hoc haberet. Non enim decet prædicatorem veritatis, ad fabulas, aut perſuaſiones ignotas diuertere. Si tamen ab aliquo ſit prædicatum ſiue affirmando ſiue negando non arbitror eſſe neceſſarium quod reuocetur, niſi forte ex

hoc in populo ſcandalum ſit exortum,& tunc non debet tanquam erroneum reprobari. Sed tanquam incertum non eſſe aſſerendum exponi.

Non ſunt enim in talibus quantum fieri poteſt ſimplicium animi ſollicitandi. Obeſt autem prædicatori veritatis: philoſophorum dogmata, quæ ad pietatis doctrinam non pertinent vel aſſerere, vel negare quaſi pertinentia ad ſacram doctrinam. Multum enim nocet ſi hæc ad ipſam pietatis doctrinam pertinere quis arbitretur; & pertinaciter affirmare audeat, vel etiam negare quod ignorat. Vehementer moleſtum eſt: quod ſacri Doctores noſtri ſilentio percurrerunt; cum magno eorum exicio: quorum ſalutem ſatagimus prædicare, & tãquam indocti ab eis reprehendamur, & impellamur. Quamobrem mihi videtur tutius eſſe non aſſerendum, vt dogma fidei; neque reſpuendum tanquam noſtre fidei repugnans, ne ſapientibus huius mũdi, contemnendi doctrinam fidei, ex huius contrarietate occaſio præbeatur. Ego itaque inter ſacrę Theologię profeſſores rudiſſimus: in hac dubietate malui doceri quam docere; magiſque aliorum referre quam proferre ſententiam. Et vt beatus Auguſtinus contra Manicheos, & habetur in canone diſt. 11. cap. Palam. eſt quod in re dubia; valet Catholicæ Eccleſiæ authoritas: quæ ab ipſis fundatiſſimis ſedibus Apoſtolorum, vſque ad hodiernum diem ſuccedentium *ſibimet*, & Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conceſſione firmetur. Et diſt. 22. cap. omnes §. Fidem quippe violat &c. vſque in finem capituli. Et ideo Pius Papa ſecundus in quadam extrauaganti: quæ incipit. Ineffabilis ſummi prouidentia patris; dicit ſic. Sane cum dudum inter dilectos filios prædicatorum, & minorum ordinum fratres. Satore zizaniæ operante: ſuper eo quod eorum aliqui in ipſorum prædicationibus, pretioſum ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti in triduo paſſionis eiuſdem ſeparatum fuiſſe ab ipſius ſanctiſsima Diuinitate aſſerebant. Alij vero contrarium fore tenebant: diſſenſionis materia exorta foret, ex qua ad tantam inter eos altercationem, vt accepimus, deuentum extitit, vt facile mẽtibus fidelium ſcandalum poſſet generari. Et licet alias nos ad obuiãdum prædictis. auditis his, quæ circa præmiſſa vtraque pars dicebat, & allegabat. Scilentium impoſuerimus, ac materiam ipſam indiſcuſſam pro tunc relinquerimus, ac mandauerimus de huiuſmodi dubietate amplius diſceptationem aliquam fieri non debere. Quia tamen verendum foret; ne ex contrarietate prædicta: in mentibus eorundem Chriſti fidelium, aliquid ſcandali ad eorum animas illaquendas euenire poſſet; matura præmeditatione curamus omnibus ſiniſtris euentibus in præmiſſis; prout ex debito Paſtoralis officij aſtringimur obuiare. Vt igitur in Eccleſia Dei ortodoxæ fidei vnitas præſeruetur, & de cetero tol-

Eccleſiæ Catholicę authoritas in re dubia valet.

Pij Papæ II. bulla Pius Papa ſecundus in quadã extrauagãti ſcribentium ponit.

ro tollatur occaſio in huiuſmodi controuerſijs incidendi. Authoritate Apoſtolica tenore pręſentium ſtatuimus, & ordinamus, quod nulli fratrum prædictorum deinceps liceat de ſupradicta dubietate diſputare, prædicare, vel publice aut priuate Verbum facere, ſeu alijs ſuadere; quod videlicet hęreticum, vel peccatum ſit tenere vel credere ſanguinem ipſum ſacratiſſimum, vt præmittitur, triduo paſſionis eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti ab ipſa Diuinitate quomodolibet fuiſſe vel non fuiſſe diuiſum vel ſeparatum: donec ſuper dubietatis huiuſmodi deciſione, quid tenendum ſit: fuerit per nos, & ſedem Apoſtolicam diffinitum hæc ibi. In quib. verbis conſidero duos terminos appoſitos circa ſanguinem Chriſti. Primo enim dicitur ſanguis pretioſus, Secundo dicitur ſanguis effuſus. Pro quorum notitia ſciendum, quod in illo triduo ſanguis Chriſti ante eius mortem in cruce effluxit, cum quo, & ſpiritus vitales effluxerunt, vt ſic anima naturaliter ſepararetur a corpore: ſed tamen reſeruata eſt miraculoſe pars ſubtilior, & purior ſanguis, etiam poſt eius mortem, qui ſanguis ante effuſionem fuit coniunctus corpori Chriſti, & vnitus Diuinitati: ratione cuius dicitur pretioſus, & ſacer, & pretium redemptionis humanæ, & valoris infiniti, tanquam inſtrumentum Diuinitatis, & fuit ſacrificium Deo Patri oblatum, & de hoc nō eſt dubitatio, quod fuit vnitus Diuinitati. Poſt effuſionem vero, hic ſanguis effuſus valuit ad ſponſalia cęlebranda inter Chriſtum ſponſum viuentem glorioſe in illo triduo poſt triumphum, & victoriam habitam per ipſius Chriſti paſſionem, & mortem; & corpus ſuum myſticum, quod eſt Eccleſia, ſecundum illud Iſaiæ. Erit radix Ieſſe; qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes depręcabuntur, & erit ſepulcrum eius glorioſum. Et de ſanguine Chriſti hoc modo conſiderato eſt dubitatio an ſub iſta ratione formali fuerit hic ſanguis perſonaliter vnitus Diuinitati. Quod enim virtus paſſionis Chriſti, aut virtus Diuinitatis in paſſione Chriſti demonſtrata fuerit vnita ſanguini hoc modo effuſo: Sanctus Thomas declarat 3. par. q. 71. arti. 3. per totum dicens ſic. Omnia hæc verba ſcilicet. Hic eſt calix ſanguinis mei, noui, & æterni teſtamenti; myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum; ſunt de ſubſtantia formæ conſecrationis ſanguinis. Sed per prima verba cum dicitur. Hic eſt calix ſanguinis mei: ſignificatur ipſa conuerſio vini in ſanguinem: ſicut in forma conſecrationis panis, ſignificatur ipſa conuerſio, ſiue tranſubſtantiatio panis in corpus Chriſti. Per verba autem ſequentia deſignatur virtus ſanguinis effuſi in paſſione, quæ operatur in hoc ſacramento. Quæ quidem ad tria ordinantur. Primo quidem, & principaliter ad adipiſcendam æternam hęreditatem. ſecūdum illud ad Hebręos 10. Habemus fidutiam in introitu ſanctorum per ſanguinem ipſius, & ad hoc deſignandum

Sanguis Chriſti preciosus, & effuſus.

Verba conſecrationis, ſcilicet noui & æterni teſtamenti &c. ordinantur ad tria.

Primo.

Secundo.

gnandum dicitur noui, & æterni teſtamenti. Secundo ad iuſtitiam gratiæ quæ eſt per fidem ſecundum illud ad Romanos 3. Quem propoſuit Deus propiciatorem per fidem in ſanguine ipſius, vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum, qui eſt ex fide Ieſu Chriſti; & quantum ad hoc ſubditur. Myſterium fidei. Tertio autem ad remouendum impedimentum vtriuſque prædictorum, ſcilicet peccata, ſecundum illud ad Hebræos 9. Sanguis Ieſu Chriſti emundabit conſcientias noſtras ab operibus mortuis id eſt peccatis; & quãtum ad hoc ſubditur. Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Cum enim dicitur. Hic eſt calix ſanguinis mei. Senſus eſt. Hic eſt ſanguis meus contentus in calice, quia ſanguis Chriſti in hoc ſacramento conſecratur inquantum eſt potus fidelium, quod non importatur in ſanguinis ratione, vel, vt ſit ſenſus. Hic eſt calix paſſionis, de qua fit mentio ſeorſum a corpore conſecrato; quia ſeparatio ſanguinis a corpore fuit per paſſionem Chriſti. Vnde ſanguis ſeorſum conſecratus, expreſſe paſſionem Chriſti repreſentat. Ideo potius in conſecratione ſanguinis fit mentio de effectu paſſionis, quam in conſecratione corporis, quod eſt paſſionis ſubiectũ; quod etiam deſignatur in hoc quod Dominus dicit, quod pro vobis tradetur. quaſi dicat, quod pro vobis paſſioni obicietur. cum autem teſtamentum ſit diſpoſitio hæreditatis. Hæreditatem autem cęleſtem Deus diſpoſuit hominibus dandam per virtutem ſanguinis Ieſu Chriſti; quia vt dicitur ad Hebræos 9. Vbi eſt teſtamentum, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Sanguis autem Chriſti Dupliciter hominibus eſt exhibitus. Primo quidem in figura quod pertinet ad vetus teſtamentum; ſicut Apoſtolus ibidem concludit. Vnde nec primum teſtamentum ſine ſanguine dedicatum eſt, quod patet ex hoc quod dicitur Exodi 24. Dato omni mandato legis a Moyſe omnem populum aſperſit dicens. Hic eſt ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos Deus. Secundo autem exhibitus eſt in rei veritate, quod pertinet ad nouum teſtamentum; & hoc eſt quod Apoſtolus ibidem præmittit dicens. Ideo noui teſtamenti mediator eſt Chriſtus, vt morte ipſius intercedẽte, repromiſſionẽ accipiant qui vocati ſunt æterne hęreditatis. Dicitur ergo, hic ſanguis noui teſtamenti, quia iam non in figura ſed in veritate exhibetur. Vnde ſubditur, qui pro vobis effundetur. Interna autem inſpiratio ex virtute ſanguinis procedit, ſecundũ quod paſſione Chriſti iuſtificamur. Ponitur autẽ myſterium fidei, non ad excludendã rei veritatem, ſed oſtendendã occultationẽ; qua & ipſe ſanguis Chriſti occulto modo eſt in hoc ſacramẽto, & ipſa paſſio Chriſti occulte figurabatur in veteri teſtamento hæc Thomas. Quia vero idem ſanguis Chriſti poſt mortem ipſius, & fuit miraculoſe retentus in corpore Chriſti, & ex apertura lateris effuſus fuit in cruce, vel ſuper terram. Sanguis autem in Sacramento

Tertio.

Sanguis Chriſtis conſecratur in hoc ſacramento inquantum eſt potus fideliũ.

In cõſecratione ſanguinis potius fit mẽtio de effectu paſſionis Chriſti, quã in conſecratione corporis.

Sanguis Chriſti dupliciter hominibus eſt exibitus.

Paſſio Chriſti occulte figurabatur in veteri teſtamento.

conſecratus, eſt idem numero ſanguis cum eo qui & coniunctus, & poſtmodum effuſus eſt: ideo plebs deuota fidelium fidem ſuam, & deuotionem dirigit ad eundem numero ſanguinem, vt eſt Sacramentum, & ſacrificium: Vt patet ex collectis miſſarum, vbi aliquando ſancta mater Eccleſia vocat ipſum Sacramētum, aliquando ſacrificium. Propterea non eſt omnino tutum dicere, & prædicare publice corā fidelibus, quod ſanguis effuſus fuerit ſeparatus a Diuinitate Verbi. Vnde ſanctus Thomas; vbi ſupra in Reſp. ad 6. argum. dicit ſic. Hoc ſacramentum dicitur myſteriū fidei, quaſi fidei obiectum, quia quod ſanguis Chriſti ſecundum rei veritatem ſit in hoc ſacramento, ſola fide tenetur. Ipſa etiam paſſio Chriſti iuſtificat per fidem. hæc Thomas. Occaſiones autem erroris ſunt hominibus ſubtrahende, ſecundum illud Iſaiæ 62. Auferte offendicula de via populi mei. Argumentum autem alterius opinionis, quo probatur Diuinitatem fuiſſe ſeparatā à ſanguine effuſo, eo quod iſta propoſitio non conceditur. Deus eſt effuſus ſuper terram, non multum mouet. Dicitur enim in Pſalmo ex perſona Chriſti. Ego autem ſicut aqua effuſus ſum. Super quo verbo, dicit Magiſter ſententiarum in continuatione pſalterij ſic. Sicut aqua effuſus ſum, id eſt, occiſus ſum a Iudæis tam viliter, ſicut cum aqua effunditur, quæ vltro ad ſuum fontem non reuertitur. Non ſine cauſa, ſicut aqua effunditur in comparatione ſuæ mortis. Aqua enim quando effunditur tria facit, ſcilicet Abluit, & rigat, & lapſum pedibus parat; ita effuſo Chriſto, ablute ſunt ſordes vitiorum, & ad germinandum rigate ſunt virtutibus mentes, & etiam lapſi ſunt perſecutores, quia pro peccato necis Chriſti interius, exteriuſque puniti ſunt Iudæi. hæc ibi. Effuſio igitur Chriſti non eſt aliud quam occiſio, vel mors Chriſti; quæ deſignabatur in effuſione ſanguinis Chriſti, ad inſtitutionem ſacramenti Baptiſmi per aquam lauantem; & ſacramenti Euchariſtiæ per aquam rigantem in iudicium indigne illud ſumentium: Vt igitur veritas huius dubietatis plenius inueſtigetur. Sciendum quod Chriſtus venit in mundum, vt homines ſeruaret per fidem, ſecundum illud ad Hebræos 12. Aſpicientes in authorem fidei, & conſumatorem Ieſum. Et Ioannis 3. Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum vt iudicet mundum; ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. omnia igitur opera a Chriſto facta ordinabantur ſicut ad finem, ad rationalis creaturæ ſalutem, quæ conſiſtit in hominum iuſtificatione, & ſapientiæ illuſtratione, ſuppoſita preſcientia, & preordinatione Dei, ſecundum quam ordinatum erat, vt fructus humanæ ſalutis non ſequeretur, niſi Chriſto patiente. Iuſtitia Dei exhigebat vt homo a peccato liberaretur Chriſto per paſſionem ſuam ſatisfaciente. Secundum illud Ioannis 3. Oportet exaltari filium hominis; vt omnis, qui credit in ipſum non pereat ſed habeat vitam æternam.

Sanguis in ſacramento cōſecratus, eſt idē numerō cū eo qui & cōiunctus, & poſtmodum effuſus eſt.

Sacramētum altaris dicitur myſterium fidei quaſi fidei obiectū.

Effuſio Chriſti non eſt aliud quam occiſio vel mors Chriſti.

Iuſtitia Dei exigebat vt homo liberaretur a peccato, Chriſto ſatisfaciēte per ſuam paſſionem.

Et 1. Corinth. primo dicitur. Verbum crucis his qui ſalui fiunt, virtus Dei eſt. Sed virtus Dei efficienter operatur noſtram ſalutem. Cōſidero, in noſtram ſalutem; vnum principale agens: quod eſt Deus, & quatuor agentia inſtrumentalia ſcilicet, Humanitatem Chriſti, ſanguinem Chriſti, Sacramenta Eccleſiæ, & Formas Sacramentorum: quæ omnia operantur in virtute paſſionis Chriſti, & hæc omnia copulantur nobis per fidem paſſionis Chriſti. Vnde ſanctus Thomas 3. par. quæſt. 48. artic. 6. per totum, dicit ſic. Duplex eſt efficiens; principale; & inſtrumentale. Efficiens quidem principale humanæ ſalutis, Deus eſt; Quia vero humanitas Chriſti eſt inſtrumentum Diuinitatis, ex conſequenti, omnes actiones, & paſſiones inſtrumentaliter operantur in virtute Diuinitatis ad humanam ſalutem, & ſecundum hoc, paſſio Chriſti efficienter cauſat noſtram ſalutem, cauſa autem efficiens principalis noſtræ ſalutis, eſt magnitudo Diuinæ virtutis. Secundum illud Iſaiæ 59. Ecce non eſt abbreuiata manus Domini; vt ſaluare non poſsit. Paſsio autem Chriſti relata ad Chriſti carnē congruit infirmitati aſſumpte. Secundum illud 2. Cor. 13. Crucifixus eſt ex infirmitate. Relata vero ad Diuinitatem conſequitur ex ea infinitam virtutem; ſecundum illud 1. Corin. 1. Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus, quia ſcilicet ipſa infirmitas Chriſti inquantum eſt Dei, habet virtutem excedentem omnem virtutem humanam. Et ita paſsio Chriſti licet ſit corporalis, habet tamen ſpecialem virtutem ex Diuinitate vnita. Et ideo per ſpecialem contactum efficatiam ſortitur. Sicut Chriſtus tangendo ſanauit leproſum, vt oſtenderet carnem ſuam ſalutiferam virtutem habere. Sicut Chryſoſtomus dicit; Inquantum caro, ſecundum quam Chriſtus paſsionem ſuſtinuit, eſt inſtrumentum Diuinitatis, ex quo eius paſsiones, & actiones operantur in virtute Diuina ad expellendum peccata, ſecundum illud Iſaiæ 43. Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me; non quia Chriſtus, ſit paſſus ſecundum quod Deus; ſed quia caro eius eſt Diuinitatis inſtrumentum, & ex hoc paſsio eius habet quandam Diuinam virtutem ad expellendum peccata. hæc Thomas. Et ſic patet, quod virtus Diuinatis fuit vnita carni tanquam inſtrumento coniuncto cui Diuinitas perſonaliter vniebatur in illo ſancto triduo. Quod autem Diuinitatis virtus fuerit vnita ſanguini Chriſti, declarat ſanctus Thomas 3. p. quæſt. 49. artic. 5. in Reſp. principali, vbi dicit ſic. Clauſio ianuæ Regni cęleſtis, eſt obſtaculum quoddam prohibens homines ab ingreſſu regni cęleſtis Prohibebantur autem homines ab ingreſſu regni cæleſtis propter peccatum. Quia ſicut dicitur Iſaię 35. Via illa, ſancta vocatur, & non tranſibit per eam vir pollutus. Eſt autem duplex peccatum impediens ab ingreſſu regni cęleſtis, vnum quidem commune toti naturæ humanæ, quod eſt peccatum primi paren-

Conſideratio.

Efficiens duplex.

Cauſa efficiēs principalis ſalutis noſtræ, eſt magnitudo diuinæ virtutis.

Chriſtus paſſus eſt non ut Deus, ſed vt homo.

Caro Chriſti fuit inſtrumētum Diuinitatis.

Peccatum qđ impedit introitū regni cęleſtis eſt duplex.

parentis; & per hoc peccatum prçcludebatur homini aditus regni cæleſtis. Vnde legitur Gene. 3. Quod poſt peccatum primi hominis; collocauit Dominus Deus Cherubim, & flammeum gladium atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ. Aliud autem eſt peccatum ſpeciale vniuſcuiusq; perſonæ, quod per proprium actum vniuſcuiusq; hominis committitur. Per paſſionem autem Chriſti liberati ſumus non ſolum a peccato communi totius naturæ humanæ, & quantum ad culpam & quantum ad reatum penæ ipſo ſoluente prætium pro nobis: ſed etiam a peccatis proprijs ſingulorum, qui communicant eius paſſioni per fidem, & charitatem, & fidei ſacramenta: Et ideo per paſſionem Chriſti aperta eſt nobis ianua regni cęleſtis, & hoc eſt quod Apoſtolus dicit ad hebreos. 9. Quod Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum, per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta; Et hoc ſignificatur Numeri 35. vbi dicitur. Quod homicida manebit ibi ſcilicet in ciuitate refugij, donec ſacerdos magnus qui oleo ſancto vnctus eſt moriatur, quo mortuo, poterit in domum ſuam redire. Non enim alicuius fides vel iuſtitia ſufficiebat ad remouēdū impedimētū, qđ erat ꝑ reatū totius humanę naturę, qđ ꝗdē remotū ē prętio sāguinis Chriſti. Ideo nullus ante paſſionē Chriſti intrare poterat regnū cęleſte adipiſcēdo .ſ. vitā æternā, quæ cōſiſtit in plena Dei fruitione. Vnde Chriſtus ſua paſſione meruit nobis introitū regni cæleſtis hęc. Th. Paſſio aūt Chriſti nō habuit tēporalē virtutē, & trāſitoriā, ſed sēpiternam. Secundum illud ad hebreos. 10. Vna oblatione conſumauit ſanctificatos in ſempiternum. Et quia vt ſupra dictum eſt. Effuſio ſanguinis Chriſti directe pertinebat ad paſſionem eius, cum ſit naturale corpori vulnerato, quod ex eo profluat ſanguis. Ideo virtus Diuina quæ operabatur in paſſione Chriſti, remanſit etiam in ſanguine ipſius effuſo tamquam inſtrumento. Et ita patet, quod ſicut cauſa dicitur eſſe in ſuo effectu, inquantum virtus cauſæ permanet in inſtrumento, aut in ſuo effectu, ſic Diuinitas ſemper fuit vnita ſanguini Chriſti, tam ſeparato, quam coniuncto, nec de hoc eſt dubium. Sed an ſecundum vnionem perſonalem fuerit vnita Diuinitas ſanguini Chriſti in illo ſancto triduo. Quidam dicunt rationem naturæ ſequentes, quod non, Alij vero pietate fidei innixi dicunt quod ſic. Et vt dicit S. Thomas. 4. Sent. D. 10. in fine expoſitionis literæ. Sunt quidam, qui in his quæ ſunt fidei nihil volunt credere, niſi quod per naturalem rationem probari poteſt. Alij vero ſunt qui ex principijs fidei diſputant, qui quidem ex principijs naturalibus non volunt probari ea quæ ſunt fidei; quæ tamen quamuis ſint ſupra rationem, non tamen ſunt contra rationem. Alias Deus eſſet ſibi contrarius, ſi alia poſuiſſet in ratione quam rei veritas habeat. hæc Thomas. Cum autē certitudo huius

Paſſio Chriſti liberauit nos a peccato, & communi, & ſpeciali.

Paſſio Chriſti non habuit tēporalē ſed sēpiternā virtutem.

Diuinitas sēper fuit cōiuncta ſanguini Chriſti tā ſeparato quā coniuncto.

Nihil poſuit Deus in ratione, quod veritas rei nō habeat.

vnionis perſonalis, vel ſeparationis perſonalis Verbi a ſanguine effuſo ſit ſupra rationem naturalem; ſicut vnio Diuinitatis cum humanitate, & partibus eius in vna perſona Filij Dei. Propterea hanc veritatem diffinire pertinet ad ſummum Pontificem; ad cuius authoritatem pertinet ſententialiter determinare ea quæ ſunt fidei; vt ab omnibus fide inconcuſſa teneantur. Ex quo patet quod argumenta in principio tractatus pro vtraq; parte adducta non concludunt hûc, aut illum, ſic, vel aliter ſentientem cenſendum fore hęreticum. Quomodo illum aduerſantem fidei chriſtiane interpellabo; cuius dicta ab Eccleſia reffellenda nequaquam cognoui. Quæ igitur actenus in hoc inueſtigatorio veritatis opuſculo exegi: non diffiniendo, ſed argumentis, & collationibus dictorum Sancti Thomæ latentem veritatem aperui, præcipue; quia ſub eadem littera multiplex latet intellectus, ne veritas ipſa erroribus ſubruatur: viſum eſt mihi abſq; periculo conſcientiæ, aliquid ſcolaſtice conferre; vt difficultas huiuſmodi pluribus incognita patefiat. In quo quidem opuſculo nihil proterue dixi: nihil pertinaciter aſſerui. Si quid autem in eo reperiatur, quod a determinatione ſanctæ Matris Eccleſiæ deuiaret: paratus ſum corrigere: ſubiciens me ipſum emendationi ſanctæ matris Eccleſiæ, ad quam ſpectat omnem veritatem fidei Catholicæ exponere, diffinire; ac patefacere. Quod autem fructus paſſionis Chriſti, & virtus eius applicetur nobis, hoc eſt per fidem, & per fidei ſacramenta. Vnde S. Thomas 3. parte q. 49. art. p. in Reſp. ad 3. arg. dicit ſic Per fidem applicatur nobis paſſio Chriſti ad percipiendum fructum ipſius. Secundum illud ad Romans 3. Quem propoſuit Deus propiciatorem per fidem in ſanguine ipſius. Fides autem per quam a peccato mundamur non eſt fides informis: quæ poteſt eſſe etiam cum peccato; ſed eſt fides formata per charitatem, vt ſic paſſio Chriſti nobis applicetur nō ſolum quantum ad intellectum, ſed etiam quantum ad affectum, & per hunc etiam modum peccata nobis dimittuntur ex virtute paſſionis Chriſti hæc Thomas. Et eadem parte q. 60. art. 3. in Reſp. principali dicit ſic. Sacramentum proprie dicitur, quod ordinatur ad ſignificandam noſtram ſanctificationem in qua poſſunt tria conſiderari. Videlicet ipſa cauſa ſanctificationis noſtræ, quæ eſt paſſio Chriſti, & forma noſtræ ſanctificationis, quæ conſiſtit in gratia, & virtutibus; & vlterius finis ſanctificationis noſtræ; quæ eſt vita æterna, & hæc omnia per ſacramenta ſignificantur. Vnde Sacramentum eſt rememoratiuum eius quod pręceſſit, ſcilicet paſſionis Chriſti: & demonſtratiuum eius, quod in nobis efficitur per Chriſti paſſionem, ſcilicet gratiæ. & prænoſticum, id eſt prænunciatiuum futuræ gloriæ hæc Thomas. Ex quo patet, quod ſacramentum ſignificat rem ſacram, inquantum eſt humanæ ſanctificationis cauſa. Cauſa autem humanæ

Ad ſummum pontificē ſpectat ſententialiter determinare ea quæ ſunt fidei.

Certitudo vnionis, vel ſeparationis perſonalis verbi a ſanguine effuſo excedit rationē naturalē, vnde ad ſūmū pontificē ſpectat hoc determinare.

Author, doctrinā hāc, & ſeipſum correctioni ſanctæ matris Eccleſiæ ſubmitit.

Mundamur a peccato per fidem non informen.

Fides informis cum peccato ſtare poteſt.

Sacramentū proprie dicitur ꝙ ordinatur ad ſignificādam noſtrā ſāctificationē.

Sacramētum eſt prænoſticū futuræ glorię.

ſanctificationis eſt ſanguis Christi. Secundum illud Hebræorum vltimo. Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Sacramentum etiam proprie ſignificat ipſum finem ſanctificationis, qui eſt uita æterna. ſecundum illud Roman. 6. Habetis fructum veſtrum in ſanctificationem; finem vero vitam æternam. Sacramentum vero habet efficatiam ex virtute Diuina, & ex virtute paſſionis Chriſti. Vnde S. Thomas 3. par. quæſt. 65. art. 1. in Reſp. ad 1. artic. dicit ſic. Idem agens principale vtitur diuerſis inſtrumentis ad diuerſos effectus; ſecundum congruentiam operum, Et ſimiliter virtus Diuina, & paſſio Chriſti operatur in nobis per diuerſa ſacramenta: quaſi per diuerſa inſtrumenta. hæc Thomas. Et 3. ſent. diſt. 19. q. 1. art. 1. Dubio 2. in Reſp. ad 4. arg. dicit ſic. Baptiſmus, & pęnitentia, & alia ſacramenta exiguntur ad deletionem peccatorum, ſicut inſtrumentaliter agentia ad deletionem culpæ. Vnde agunt in virtute Domini, & paſſionis, & ipſam paſſionis virtutem quodammodo in nos transfundunt: hæc Thomas. Et 3. par. quæſt. 66. artic. 3. in Reſpon. ad 3. argumen. dicit ſic. Ex latere Chriſti fluxerunt aqua ad abluendum: Sanguis autem ad redimendum. Et ideo ſanguis competit ſacramento Euchariſtiæ. Aqua autem ſacramento Baptiſmi, qui tamen habet virtutem ablutiuam ex virtute ſanguinis Chriſti. hæc Thomas. Et ſic patet, quod Diuinitas eſt ſacramentis nouæ legis, etiam virtualiter vnita. Quod autē virtus Diuina ſit in verbis ſacramentalibus, ad perfectionē ſacramentorū, conſtat per hoc, quod licet verba & res ſenſibiles ſacramentorū ſint in diuerſo genere ſecundū naturam rei; conueniunt tamen in ratione ſignificandi, quę perfectius in verbis quam in rebus ipſis eſt; & ideo ex verbis, & rebus fit quodam modo vnum in ſacramentis, ſicut ex forma, & materia, inquantum ſcilicet per verba perficitur ſacramentum. Sicut Auguſtinus dicit ſuper Ioannem. Accedit verbum ad ellementum, & fit ſacramentum. Vnde ſanctus Thomas 3. par. q. 60. art. 7. in Reſp. principali dicit ſic. In ſacramentis, verba ſe habent per modum formæ; res autem ſenſibiles per modum materiæ. In omnibus autem compoſitis ex materia, & forma, principium determinationis eſt ex parte formæ, quæ eſt quodammodo finis, & terminus materiæ. Ideo principalius requiritur ad eſſe rei determinata forma, quam determinata materia. Materia enim determinata quæritur, vt ſit proportionata determinate forme. Cum igitur in ſacramentis requirantur determinate res ſenſibiles; quæ ſe habent in ſacramentis vt materia, multo magis requiritur in eis determinata forma verborum. hæc Thomas. Et ſicut eadem vis principalis agentis inſtrumentaliter inuenitur in omnibus inſtrumentis ordinatis ad effectum, prout ſunt quodam ordine vnum, ita etiam eadem vis ſacramentalis inuenitur in verbis, & rebus, prout ex verbis, &

Sanguis Chriſti eſt cauſa humanæ ſanctificationis.

Sacramētum proprie ſignificat finē ſanctificationis, qui eſt vita æterna.

Sanguis cōpetit ſacramēto Euchariſtiæ Aqua Baptiſmi.

Ex verbis & rebus fit vnū in ſacramētis ſicut ex forma & materia.

In ſacramētis verba ſe hābent p modū formæ res ſenſibiles p modū materiæ.

Ad eſſe rei principalius requiritur determinata forma quam determinata materia.

rebus perficitur vnum ſacramentum. Sacramentum autem Eccleſiæ ſpecialiter habet virtutem ex paſſione Chriſti: iuxta quod dicitur Epheſ.3. Chriſtum habitare in nobis per fidem. Ex quibus patet quod virtus Diuinitatis fuit vnita ſanguini Chriſti in illo ſancto triduo. Vtrum autem perſonaliter fuerit ei vnita Diuinitas. Expecto roborari hanc fidem in animo meo; ex determinatione ſanctæ Matris Eccleſiæ: dicens cum Hieronimo illud quod ponitur 24. quæſt. 1. capit. Quoniam vetus. Mihi cathedram Petri & fidem, apoſtolico ore laudatam cenſui olim conſulendam. Inde nunc meæ animæ poſtulans cibum; vnde olim Chriſti veſtimenta ſuſcepi: cum ſucceſſore piſcatoris Chriſti diſcipulo loquor. Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens cathedræ Petri communione conſortior. hæc ibi. Ego itaque nolo extra archam Noe perire, regnante diluuio peruerſorum dogmatum, nĉ pollutis veſtigijs extra domum Ieſu Chriſti fiam, cuius protioſo ſanguine redemptus ſum, cui bene dico: Domine ad quem ibo? Verba vitæ æternæ habes, quam mihi præſtare dignetur Chriſtus Ieſus; qui pro mei ſalute, ſanguinem ſuum, in illo ſancto triduo effudit. Amen.

CAPVT XXI.

In iſto capite ponuntur quædam contrarietates, quæ facile diſſoluuntur iuxta ſanam doctrinam fidei, & ſanctorum.

Dubitationes circa myſteria Christi multe ſunt.

SVnt, & aliȩ dubitationes circa myſteria Chriſti: quibus prædicatores publice populis diuerſa ſentiunt, & docent, non ſine ſcandalo ipſorum; qui audientes tantam varietatem in fide heſitant, & a bonis moribus Chriſtianæ religionis deuiant. Vnde Apoſtolus Hebræ.13. dicit. Doctrinis varijs, & peregrinis nolite abduci. Optimũ eſt enim gratia ſtabilire cor. Nam gratia fidei firmatur mens, & cor fidelis, in his quæ ad ſalutem pertinent: quia ſcriptum eſt, ad firmandum cor ſincerum ſola fides ſufficit. Prima dubitatio eſt circa myſterium incarnationis Verbi; An Deus incarnatus fuiſſet ſi primus homo non peccaſſet. Secunda Dubitatio eſt circa retentionem ſanguinis Chriſti in terris. An aliquid de ſanguine Chriſti remanſit in terris poſt eius reſurrectionem.

Prima dubitatio.

Tertia dubitatio eſt circa adorationem hoſtiæ. An hoſtia in altari eleuata debeat adorari cum conditione, ſi eſt conſecrata, vel ſine conditione.

Quarta dubitatio eſt circa communionem. An illud præceptum de penitentia, & remiſſione cap. omnis vtriuſque ſexus, obliget fideles prȩciſe ad diem Paſce: ita quod ſi fiat communio ante vel poſt illum

diem,

diem, & non illo die, ſit tranſgreſſio precepti.

Quinta dubitatio eſt circa venerationem huius nominis Ieſu. An debeat adorari adoratione latriæ.

Sexta dubitatio eſt. An feſtum conceptionis Dominæ noſtræ debeat celebrari per Eccleſiam.

Septima dubitatio eſt. An beata Maria Magdalena fuerit virgo, an corrupta corpore, & cętera.

Quantum ad primã dubitationem dicunt quidam quod filus Dei fuiſſet incarnatus, etiam ſi primus homo non peccaſſet. Tum ratione perſectibilitatis vniuerſi, in qua principium cõiungitur vltimo. Tum ratione humilitatis in qua ſummus coniungitur infimo. Tum ratione infinitatis, in qua demonſtratur, Potentia: Sapientia: & bonitas Dei circa infinitum effectum, qui eſt perſona Dei, in Diuina, & humana natura. Tum ratione capacitatis, ſecundum quam ante peccatum natura humana erat magis capax Diuinæ naturæ in vnitatem perſonæ quam poſt peccatum. Tum ratione dignitatis humanæ naturæ aſſumptæ a Verbo Dei. Tum ratione felicitatis: ſecundum quã natura humana complete beatificatur in Diuinitate, & humanitate Chriſti. Tum ratione tentabilitatis ſecundum quam Diabolus inuidens homini de ſua ſublimatione tentauit eum. Has rationes adducit ſanctus Thomas 3. ſent. diſt. 1. q. 1. artic. 3. in principio. Et 3. par. q. 1. arti. 3. in principio, vbi adducit quinque rationes pro iſta opinione. Alij vero dicunt quod non, & adducunt ſeptem authoritates ſanctorum: quas ponit ſanctus Thomas vtrobique §. Sed contra Reſpondit ſanctus Thomas 3. parte vbi ſupra art. 3. in Reſp. principali dicens ſic. Conuenientius dicitur incarnationis opus ordinatum eſſe a Deo, in remedium peccati; ita quod peccato non exiſtente incarnatio non fuiſſet. quamuis potentia Dei ad hoc non limitaretur. Potuiſſet enim etiam peccato nõ exiſtente incarnari. hæc Thomas. Et probat ibidem in principio reſponſionis hanc concluſionem dicens ſic. Ea enim quæ ex ſola Dei voluntate proueniunt ſupra omne debitum creaturæ nobis innoteſcere non poteſt: niſi quatenus in ſacra ſcriptura traduntur: per quam nobis Diuina voluntas innoteſcit. Vnde cum in ſacra ſcriptura vbiq; incarnationis ratio ex peccato primi hominis aſſignetur. Ideo huic aſſertioni magis aſſentiendum videtur. hæc Thomas. Et 3. ſent. vbi ſupra eodem art. in Reſp. principali dicit ſic. Huius quæſtionis veritatem ſolus ille ſcire poteſt, qui natus, & oblatus eſt quia voluit. Ea enim quæ ex ſola voluntate Diuina pendent nobis ignota ſunt; niſi quatenus nobis innoteſcunt per authoritates ſanctorum; quibus Deus ſuam voluntatem reuelauit. Et quia in canone ſcripturæ, & in dictis ſanctorum expoſitorum, hæc ſola cauſa aſſignatur incarnationis: redemptionis hominis a ſeruitute peccati. Ideo probabiliter

Ad primã dubitationẽ quæ eſt primus ordo.

Incarnationis opus cõueniẽtius dicitur ordinatũ fuiſſe in remedium peccati.

Quæ ex ſola voluntate Diuina pendent nobis ignotæ ſunt.

liter

liter dicitur quod ſi homo nõ peccaſſet. Filius Dei homo non fuiſſet.

In hominis prædeſtinatione octo ſic ordinata ſunt, &c.

Sciendum quod iſta octo in hominis prædeſtinatione ſic ordinantur. In ſuppremo eſt myſterium redemptionis. Inferius vero eſt incarnatio: quæ ordinatur ad conſumationem gloriæ. Vnde S. Thomas 3. ſent. diſt. 25. quæſt. 2. Dubio p. in Reſp. ad 5. argum. dicit ſic: Aliquid quod in articulo continetur explicari poteſt dupliciter. Vno modo ſecundum quod vnus articulus continetur quandoque in alio, vel duo in vno communi. Sicut reſurrectio mortuorum continetur quodammodo in Reſurrectione Chriſti, & paſſio, & incarnatio in hoc communi, quod eſt myſterium redemptionis. Et ſic fides implicita explicatur in articulis fidei determinatis, & hæc explicatio completa eſt per Chriſtum, quæ ante Chriſti aduentum non erat completa, & etiam quantum ad maiores creſcebat ſecundum diuerſa tempora. Alio modo, illud quod in articulo continetur, non eſt articulus, ſed aliquid concomitans articulum, & quantum ad hoc quottidie poteſt explicari; & per ſtudium ſanctorum magis, & magis explicata fuit. hæc Thomas Et 2. 2. q. 2. artic. 7. in Reſp. principali dicit ſic. Ante ſtatum peccati homo habuit explicitam fidem de Chriſti Incarnatione, ſecundum quod ordinabatur ad conſumationem gloriæ, non autem ſecundum quod ordinabatur ad liberationem à peccato per paſſionem, & reſurrectionem; quia non fuit præſcius peccati *futuri*. hæc Thomas. Patet ergo quod incarnatio Chriſti ordinabatur ad cõſumationem gloriæ.

Articulus vn' aliquando cõtinetur in alio & etiam duo in vno communi.

Quod in articulo continetur nõ eſt articulus, ſed aliquid cõcomitans articulũ.

Homo ante ſtatuum peccati habuit fidem explicitam de incarnatione, vt ordinabatur ad cõſumationẽ gloriæ.

Secũdus ordo Paſſio Chriſti ordinabatur ad aſcenſionẽ Chriſti in cęlum.

In ſecundo ordine eſt paſſio Chriſti: quæ ordinabatur ad Aſcenſionem Chriſti in cęlum. Vnde S. Thomas 3. pär. quæſt. 49. artic. 6. in Reſp. ad 2. argum. dicit ſic. In Paſſione, Chriſtus meruit ſuam exaltationem per modum cuiuſdam recompenſationis, etiam ex parte corporis. Iuſtum enim eſt vt corpus, quod fuerat ex Charitate paſſioni ſubiectum: acciperet in gloria recompenſationem, quia etiam corpus eius poſitum fuerat in ſepulcro, & anima in inferno. Ideo meruit exaltationem, quantum ad aſcenſionem in cęlum. Epheſ. 4. Deſcendit primum in inferiores partes terræ, qui deſcendit ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes cęlos. hæc Thomas. & 3. ſent. diſt. 18. artic. 6. dubio 3. in Reſp. ad 3. argum. dicit ſic. Aſcenſio Chriſti non aperuit ianuam regni cęleſtis quantum ad id quod eſt eſſentiale paradiſo, ſcilicet viſionem Dei: quia etiam ante aſcenſionem Deum viderunt ſancti educti de limbo, ſed quantum ad locum congruentem beatis. hæc Thomas.

Aſcenſio Chriſti nõ aperuit ianuam regni cęleſtis quantum ad viſionem Dei.

Tertius ordo. Effuſio ſãguinis Chriſti, ordinabatur ad apertionẽ cęleſtis ianuæ.

In tertio ordine eſt effuſio ſanguinis Chriſti poſt mortem ipſius, quæ ordinabatur ad reſurrectionem Chriſti, & apertionem ianuæ cęleſtis. Vnde ſanctus Thomas 3. parte quæſt. 49. artic. 5. in Reſp. ad 4. argum, dicit ſic. Chriſtus ſua paſſione meruit nobis introitum regni

gni

gni cęleſtis,& impedimentum quòd erat per reatum totius humanæ naturæ remouit pretio ſanguinis ſui. Vnde dicitur hebreorum 10. Habemus fiduciam in introitu ſanctorum per ſanguinem ipſius: ſed per ſuam aſcenſionem nos quaſi in poſſeſſionem regni cęleſtis introduxit. Et ideo dicitur Micheę 2. Aſcendit,pandens iter ante eos.hęc Thomas.

In quarto ordine eſt Sacramentorum inſtitutio, quæ ordinabatur ad hominis ſanctificationem. Vnde ſanctus Thomas 3.par.quęſt.60. artic.5. in Reſp.Principali dicit ſic. In vſu Sacramentorum,duo poſſunt cõſiderari,ſcilicet cultus Diuinus,& ſanctificatio hominis.quorum primum pertinet ad hominem per comparationem ad Deum. Secundum autem econuerſo pertinet ad Deum per comparationem ad hominem. Quia igitur ſanctificatio hominis eſt in poteſtate Dei ſanctificantis,nõ pertinet ad hominem ſuo iudicio aſſumere res, quibus ſanctificatur: ſed hoc debet eſſe ex inſtitutione Diuina determinatum. Et ideo in Sacramentis nouæ legis, quibus homines ſanctificantur. Secundum illud 1.Cor.6.Sed abluti eſtis,ſed ſanctificati eſtis. Et Ioannis 3.Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto non poteſt introire in regnum Dei: oportet vti rebus ex Diuina inſtitutione determinatis,hæc Thomas. Virtus autem ſacramentorum ex fide dependet,quia ſicut dicit Auguſtinus ſuper Ioannem. Verbum Dei perficit Sacramentum, non quia dicitur,ſed quia creditur.Fides enim dat efficatiam Sacramentis,inquantũ cauſæ principali ea quodammodo continuat, vt ſupra oſtenſum eſt,& ideo fides paſſionis à qua immediate,& directe Sacramenta efficatiam habent, ſacramentis efficatiam largitur. Et quia vna eſt fides omnium hominum à principio generis humani vſque in finem ſęculi; vt dicitur ad Epheſios 4. Vnus Dominus vna fides, aliter non eſſet vna Eccleſia omnium fidelium, cuius caput eſt Chriſtus. Omnes enim fideles ſunt vnum corpus myſticum,quod eſt Eccleſia electorum hominum, Et ſicut eſt profectus vnius hominis in fide per ſucceſſionem tẽporum, ita etiam & totius humani generis.Vnde dicit Gregorius, quòd per ſucceſſiones temporum creuit diuinæ cognitionis augmentum. Plenitudo autem temporis,quaſi perfectio ætatis humani generis eſt in tempore gratiæ.Vnde in hoc tempore,maiores omnia quæ ſunt explicite fidei,credere tenentur. Sed temporibus præcedentibus etiam maiores non tenebãtur ad credendum omnia explicite. Plura autem explicite credebãtur poſt tempus legis,& prophetarum, quam ante; & hoc declarat S.Thomas in quæſtionibus de veritate,Quæſt.14.artic.9. in fine reſponſionis principalis,dicens ſic. In ſtatu ante peccatum non tenebantur homines credere explicite illa quæ ſunt de redemptore; quia adhuc neceſſitas redemptionis non erat, implicite

Quartus ordo

In vſu Sacramentorũ duo cõſiderari poſſunt, cultus Diuinus, & ſanctificatio hominis.

Verbum Dei perficit ſacramentum, non quia dicitur, ſed quia creditur.

Per ſucceſſiones tẽporum creuit Diuinę cognitionis augmentum.

In ſtatu ante peccatum nõ tenebantur homines credere explicite ea quæ ſunt de redemptore.

Ante peccatū, & poſt neceſſarium fuit vt maiores fidē explicitam de Trinitate haberent.

tamen hoc credebant in Diuina prouidentia: inquantum ſcilicet Deum credebant diligentibus ſe prouiſurum in omnibus neceſſarijs ad ſalutem, ſed ante peccatum, & poſt omni tempore neceſſarium fuit à maioribus explicite fidem Trinitatis habere, non autem à minoribus, poſt peccatum ante tempus gratiæ. Poſt peccatum autē vſq; ad tempus gratiæ maiores tenebantur habere fidem de redemptore explicite. Minores vero implicite ſcilicet in fide Patriarcarum, & Prophetarum, vel in Diuina Prouidentia. Tēpore vero gratiæ; maiores, & minores de Trinitate, & de Redemptore tenentur explicitam fidem habere. hæc Thomas. Et 3. ſent. d. 29. q. 2. art. p. Dubio 2. in R. Principali dicit ſic. Ad fidem redemptoris, tripliciter ſe habet humanum genus, ſecundum diuerſa tempora. In primo enim ſtatu ante peccatum non optebat ab aliquo fidem explicitam haberi de redemptore, quia nondū ſeruitus erat inducta; ſed ſufficiebat habere fidem implicitam in cognitione Dei, vt ſcilicet homo crederet, quod Deus ei ꝓuideret, in eis quę neceſſaria sūt ad ſalutē. In ſecūdo aūt ſtatu poſt peccatum ante aduentum Chriſti, quidā habebant fidem explicitam de redemptore quibus reuelatio facta erat; qui maiores dicebantur. Quidam autem, vt minores fidem habebant implicitam in fide maiorum. Vnde in eis ſacramentum redemptionis ſub ſignis ſacrificiorum proponebatur. In tertio autem ſtatu poſt aduentum Chriſti, quia iam myſterium redemptionis impletum eſt corporaliter, & viſibiliter & prædicatum, omnes tenentur ad explicite credendum. Et ſi aliquis inſtructorem non haberet; Deus ei reuelaret, niſi ex culpa ſua remaneret. hæc Thomas: Quia igitur Adam in ſtatu innocentiæ habuit fidem de incarnatione Dei ſuppoſita præſcientia, & voluntate ipſius Dei, quæ mutari non poteſt ſecundum quam præuiderat, & ordinauerat humanam naturam reparari ad ſtatum gloriæ: Ideo nihil prohibet primo homini reuelari incarnationis myſteriū: ſine hoc quod eſſet præſcius ſui caſus. Non enim quicunq; cognoſcit effectum; neceſſe eſt vt cognoſcat ſuam cauſam. Erat igitur tunc incarnatio Chriſti myſterium redemptionis humani generis, ex parte præſcientiæ Dei; & conſumatio glorię, ex parte fidei hominis primi. Manifeſtum eſt itaq; quod ſi homo non peccaſſet Deus ſua potentia abſoluta potuiſſet incarnari, quia hoc non repugnat Diuine potentię; quamuis ſuppoſita præſcientia Dei non fuiſſet Deus incarnatus, ſi non fuiſſet peccatum hominis. Varietas ergo huius dubitationis eſt de potentia Dei abſoluta, & de potentia Dei ordinata ſuppoſita præſcientia eius.

Ad fidē redēptoris, tripliciter ſe habet humanū genus, ſecūdū diuerſa tempora.

Si homo non peccaſſet, De' ſuā potentia abſoluta potuiſſet incarnari.

Dubitatio 2. Nihil de ſanguine Chriſti naturali effuſo in quo cōſiſtebat vita Chriſti, remāſit in terra.

Quantum ad ſecundam dubitationem. Dicēdū: quod nihil de ſanguine naturali Chriſti, in quo conſiſtebat vita Chriſti effuſo in paſſione eius in cruce pro redemptione humani generis remanſit in terris, ſed de ſanguine eius nutrimentali nihil prohibet aliquid eius remanſiſſe

fiſſe in terris poſt Chriſti reſurrectionem. Primam partem declarat Sāctus Thomas 3.p.q.54.art.3.in Reſp. ad 3. arg. dicit ſic. Sanguis qui de corpore Chriſti fluxit in eius paſſione; cum ad veritatem humanæ naturæ pertineat in Chriſti corpore reſurrexit. Et eadē ratio eſt de omnibus particulis ad veritatem, & integritatē humanæ naturæ pertinētibus.hæc Thomas.Et quodlibeto.5.q.3.art.p.in Reſp. principali dicit ſic. Totus ſanguis Chriſti in paſſione effuſus pro redēptione humani generis, in ratione ad corpus Chriſti rediJt. Quia Chriſtus paſſus eſt in perfectiſſima etate, in qua maxime ea quæ in homine inueniuntur ad veritatem humanæ naturæ pertinere videntur,tanquam ad vltimam perfectionem adducta. hæc Thomas. Secundam partem declarat Sanctus Thomas eodem quodlibeto,& eodem art. dicens ſic. Non totus ſanguis nutrimentalis ideſt. qui ex cibis generatur pertinet ad veritatem humanæ naturæ. Cum ergo Chriſtus ante paſſionem ſuam,comederit,& biberit, nihil prohibet in eo fuiſſe aliquem ſanguinem nutrimentalem, qui ad veritatem humanæ naturæ non pertineret, & quem non oporteret ad corpus eius in ratione reddire. Vnde huius ſanguis qui ſic vel alias de corpore Chriſti fluxit,in quibuſdam Eccleſijs oſtenditur.hæc Thomas, eſt etiam alius ſanguis miraculoſus, qui ex quadam imagine Chriſti percuſſa miraculoſe fluxiſſe dicitur,& in quibuſdam Eccleſijs oſtenditur,de quo Sanctus Thomas 3. parte vbi ſupra dicit ſic. ſanguis ille, qui in quibuſdam Eccleſijs pro reliquijs obſeruatur, non fluxit de latere Chriſti, ſed miraculoſe dicitur efluxiſſe de quadam imagine Chriſti percuſſa.hæc Thomas.Sic ergo patet,quod triplex eſt ſanguis Chriſti ſcilicet naturalis, nutrimentalis, & miraculoſus. Primus non remanſit in terris. Alij vero duo in quibuſdam Eccleſijs obſeruantur pro reliquijs:de quibus etiam Dominus Papa Pius ſecundus proteſtatus in quadam ex trauaganti ſuperius allegata, vt conſtat.

Nihil prohibet de ſanguine Chriſti nutrimentali aliquid in terris poſt reſurrectionē remāſiſſe.

Sanguis q̄ ad ueritatē humanæ naturę pertinebat in corpore Chriſti, reſurrexit.

Sāguis qui in quibuſdā Eccleſijs oſtenditur, eſt nutrimentalis, & non pertinebat ad veritatē humanę naturæ; eſt ēt q̄dam ſanguis miraculoſus.

Sanguis Chriſti triplex eſt.

Sanguis enim Chriſti in paſſione effuſus habuit quaſdam prærogatiuas virtute diuinitatis ſibi vnite. Primo enim fuit ille ſanguis a reſolutione præſeruatus Pſal. Quæ vtilitas in ſanguine meo; dum deſcendo in corrutionem: ſuper quo Magiſter ſententiarum in expoſitione continua Pſalterij dicit ſic. Quæ vtilitas in effuſione ſanguinis mei: qui ſine mea culpa effuſus eſt: dum deſcendo quaſi per quoſdam gradus malorum in corruptionem. hæc ibi. Secundo fuit virtute Diuinitatis in reſurrectione Chriſti collectus; qui ante diſperſus fuerat, ſicut etiam miniſterio Angelorum ſanguis hominū, & pulueres corporum noſtrorum in vnum colligentur, vt dicitur

Sanguis effuſus fuit a reſolutione preſeruatus.

Sanguis in reſurrectione virtute Diuinitatis fuit collectus.

Mathei 24.cap. Tertio fuit per Diuinitatis potentiam in ſepulcrum introductus. Vnde duo corpora fuerunt ſimul in eodem loco: quod fieri non poteſt, niſi virtute Diuinitatis. vt Gregorius in homilia octauæ paſchæ dicit. Quarto fuit corpori Chriſti reinfuſus, aliter corpus Chriſti non reſurrexiſſet integrum de quo dicitur Lucæ vltimo. Palpate, & videte manus meas, & pedes, quia ego ipſe ſum. Et ita patet quod Diuinitas quodam ſpetiali modo fuit vnita ſanguini Chriſti in triduo effuſo, qui tamen ad veritatem naturæ humanæ pertinebat, & hic ſanguis dicitur naturalis, qui ad corpus Chriſti redijt in reſurrectione, in qua fuit vnitus perſone Chriſti, ſicut & ante effuſionem. Cuius ſignum eſt: quia cum illa apertura vulnerum poſt reſurrectionem Chriſti, fuerit cum quadam ſolutione continuitatis. Vnde S. Thomas 3. ſent. d. 21. art. 4. Dubio 3. dicit ſic. Cicatrices ſigna erant mortis Chriſti. Vnde ſecundum hoc accidens oſtendebatur, quod ille, idem qui mortuus fuerat reſurrexit. Quæ cicatrices vt probabilius videtur, ſemper in Chriſti corpore remanebunt ad decorem, propter aliquem finem, ſcilicet propter alia quatuor. Primo vt veritatem vnionis aſtrueret. Secundo vt patris conſpectui ea præſentaret pro nobis implorans. Tertio, vt nobis ſuæ charitatis, & miſericordiæ indicia monſtraret. Quarto, vt in iudicio, impijs per eas oſtenderet, quod iuſte damnarentur. hæc Thomas. Non tamen per illa vulnera exiuit iterum ſanguis, ſed retinetur virtute Diuinitatis cui vnitur. In ipſa autem effuſione Diuinitas vniebatur illi ſanguini ſub ratione Diuinæ naturæ; participatiue tamen, vt erat Sanguis Diuinus, ratione cuius fuit conueniens pretium humanæ redemptionis. Vtrum autem Diuinitas Verbi fuerit pro tunc vnita illi ſanguini ſub ratione perſonæ. Sacro ſancta ſedes Apoſtolica ſuę diffinitioni, & iuditio reſſeruauit, vt ſupra oſtenſum eſt. Stat enim Diuinitatem alicui vniri ſub ratione naturæ Dininæ, non tamen ſub ratione perſonæ. Nam Pater æternus communicat Verbo, & Spiritui ſancto ſuam Diuinitatem, in qua vniuntur; non tamen ſuam perſonalitatem. Sic etiam potuit illi ſanguini effuſo remanere vnita Diuinitas Verbi, quamuis non remanſerit illi vnita Verbi perſonalitas, & hoc eſt quod in quæſtione vertitur.

Sanguis per potentiã Diuinam in ſepulcrũ introductus fuit.

Sanguis corpori Chriſti reinfuſus fuit.

Cicatrices in corpore Chriſti, ꝓbabilius ſemper ad decorem remanebunt.

Reſſeruatio ſedis Apoſtolice.

Diuinitas alicui vniri poteſt ſub ratione diuinæ naturæ nõ tamẽ ſub rõne perſonæ.

Quantum ad Tertiam dubitationem dicendum, quod hoſtia in altari eleuata poteſt adorari ex duplici motiuo. Primo ex ratione fidei qua creditur ibi eſſe verum corpus Chriſti. Secundo ex ratione humanæ exiſtimationis, qua extimatur hoſtia eſſe rite conſecrata.

Primo modo adoratur adoratione latriæ, ſicut verum corpus Chriſti, & ſic pono iſtam concluſionem. Hoſtia in altari eleuatã ex

motiuo

motiuo fidei, eſt ſimpliciter, & abſolute, & ſine conditione adoranda veneratione latriæ. Iſtam concluſionem declarat ſanctus Thomas 3.ſentent.diſt.29.quæſt.1. artic.1.dubio 3.in Reſpon.ad 4.arg. dicens ſic. Fides non eſt de hac hoſtia, vel illa, ſed de hoſtia rite conſecrata. hæc Thomas. Et 2.2.quæſt.1.art.3.in Reſpon.ad 4.argum. dicit ſic. Fides credentis non fertur ad has ſpecies panis, vel ad illas, ſed ad hoc quod eſt verum corpus Chriſti: quod fit ſub ſpeciebus panis ſenſibilis, quando rite fuerit conſecratum. Vnde ſi non fuerit conſecratum, non propter hoc fidei ſuberit falſum. hæc Thomas.

Hoſtia in altari eleuata ex motiuo fidei ſine aliqua cõditione, eſt adoranda veneratione latriæ.

Secundo modo fertur humana extimatio ad actum conſecrationis, & ſic pono iſtam concluſionem. Hoſtia in altari eleuata ex motiuo humanæ exiſtimationis, eſt adoranda ſub conditione habituali, vel actuali. Iſtam concluſionem declarat ſanctus Thomas 3.ſent. vbi ſupra cum ſubdit.ſed quod hæc hoſtia ſit rite conſecrata, hoc eſt humanæ exiſtimationis, & ex hac parte poteſt accidere error in latria. hæc Thomas. Et eodem 3.ſentent.diſtinct.9.artic.2.dubio 6.in Reſpon.ad 2.argum.dicit ſic. Qui adorat hoſtiam non conſecratam; adorare eam debet cum conditione, ſcilicet ſi eſt conſecrata. Non tamen oportet quod hæc conditio ſemper ſit actu explicita, ſed ſufficit ſi habitu teneat eam. Vnde non peccat adorans illam, quia non adorat puram creaturam, ſed Chriſtum ſecundum intentionem ſuam. Sacerdos autem quantum in ſe eſt facit populum ydolatrare, quia offert ei creaturam adorandam hæc Thomas. Quia decretalis de celebratione miſſarum capit.de homine dicit, quod ſacerdos qui non conſecrat, & fingit ſe conſecrare: facit populum ydolatrare, & nota bene caſum ibidem poſitum: cum gloſis Goffredi, & Bernardi. vt patet.

Hoſtia in altari eleuata ex motiuo humanæ exiſtimationis, eſt adoranda ſub conditone habituali vel actuali.

Quantum ad quartam dubitationem, in Quadrageſimali meo de legibus in ſermone de Reſurrectione Domini 25. triumpho plura ſuper hoc allegaui. Sed Dominus Eugenius quartus in quadam extrauaganti directa Epiſcopo Litienſi determinat hoc modo. Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Fide digna relatione percepimus in ciuitate Licij non paruam per hæc tempora excitatam fuiſſe commotionem de die debita perceptionis ſacratiſſimi corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti; & quod per aliquos religioſos ſit affirmatum non communicantes actualiter in die Reſurrectionis Dominicæ, mortaliter peccare, etiam ſi in die iouis ſancta, & alijs quibuſcunque diebus infra annum, pluries, ac frequentatis vicibus communicaſſent, quod pijs auribus eſt audire moleſtum. Recolimus alias per quodam noſtrum breue ſcripſiſſe Venerabili fratri noſtro Epiſcopo Lucenſi, quod intelligebamus ſatisfactum eſſe ſi paulo

Bulla Eugenij 4.

ante, vel paulo poſt diem Reſurrectionis Domini quis communicet. Mirati ſumus quod poſt modum noua controuerſia emerſerit. ſed inimicus homo ſuper ſeminauit zizaniam.

Nos igitur cupientes purgatū triticum in horreum Domini congregare, & innutilibus contentionibus finem dare: attendentes iuxta doctrinam Sancti Auguſtini; quod ſolent circunſtantie ſcripturarum illuminare ſubſtantiam veritatis, non ſolum adiacentia, ſed etiam præcedentia, & ſubſequentia verba ſunt conſideranda prudenti. Cum dicat canon Eccleſiæ. Omnis vtriuſque ſexus fidelis ſaltem ſemel in anno confiteatur, & infra ſuſcipientes ad minus in Paſchate reuerenter Euchariſtiæ ſacramentum. Et ſequitur; niſi de proprij ſacerdotis conſcilio: ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab eius perceptione duxerit abſtinendum. Dicimus expreſſe non eſſe intentionis legislatoris animas illaqueare fidelium ſub culpa mortali ad communicandum præciſe in die Reſurrectionis Dominicæ. ſed poſuiſſe a Paſcha, in Paſcha, cum dicit. Semel in anno, & infra ad minus in Paſcha, niſi forte &c. Mens enim magis quam verborum ſonus attendenda eſt diſcrete. Intelligimus itaque optimo iure ſatisfactum eſſe canoni: ſi in Ebdomada ſancta vel infra octauam Paſchæ Reſurrectionis Dominicæ ſecundum meliorem diſpoſitionem conſcientiæ, & aptiorem mentis deuotionem fideles præparatione debita: Sanctum Euchariſtiæ pignus accipiāt, & cum Domino Paſcha celebrent ad ſalutem. Et huic ſententię omnes volumus acquieſcere. Quare deuotioni tuę cōmittimus, vt prędicta vbi oportere intelligas populis nota facias. Datū Rom. apud Sanctū Petrum ſub anulo noſtro ſecreto. Die 4. Iulij M.CCCCXLVI. Pontif. noſtri anno 16. & per hoc patet reſponſio ad dubitationem.

Tria nomina conueniunt Verbo Dei incarnato S. Ieſus Chriſtus, & Deus.

Quantum ad quintam dubitationem. Sciendum: quod tria nomina conueniunt Verbo Dei incarnato. ſ. Ieſus Chriſtus. Chriſtus, & Deus. Secundum diuerſam rationem importatam per ipſa. Vnde ſanctus Thomas 3. par. quæſt. 16. artic. 5. in Reſp. principali dicit ſic. Ea quæ ſunt propriæ vnius, non poſſunt vere prædicari de alio, niſi de eo quod eſt idem illi: ſicut riſibile non conuenit niſi ei quod eſt homo. In myſterio autem Incarnationis non eſt eadem, Diuina natura, & humana, ſed eſt eadem ypoſtaſis vtriuſque naturæ. Et ideo ea quæ ſunt vtriuſque naturæ non poſſunt de alia prædicari, ſecundum quod ſignificātur in abſtracto. Nomina vero concreta ſupponunt ypoſtaſim naturæ, & ideo indifferenter prædicari poſſunt, ea quæ ad vtranque naturam pertinent de nominibus concretis: ſiue illud nomen de quo dicuntur dat intelligere vtranque naturam. Sicut hoc nomen Chriſtus, quo intelligitur, & Diuinitas

vngẽs,& humanitas vncta,ſiue ſolum Diuinam naturam, ſicut hoc nomen Deus, vel Filius Dei,ſiue ſolam naturam humanam, ſicut hoc nomen homo: vel Ieſus. Vnde Leo Papa dicit in epiſtola ad Paleſtinos. Nõ intereſt ex qua Ieſus ſubſtantia nominetur, cum inſeparabiliter manente vnitate perſonæ, idem ſit & totus filius hominis propter carnem,& totus filius Dei propter vnam cum patre Diuinitatem hæc Thomas. Et 3. ſent.diſtin.11.quæſt. 1. artic.4. in Reſp. principali dicit ſic. Quia autem vnio facta eſt in ſuppoſito Diuino, ſcilicet vt ſit vnum,& idem ſuppoſitum, & humanæ naturæ, & Diuinæ. Ideo de illo ſuppoſito poſſunt prædicari ea quæ conſequantur ſecũdum naturam. Sicut & ipſe naturæ de ipſo prædicantur. Quia enim Diuina natura prædicatur de Filio Dei in concreto,& in abſtracto. Ideo & proprietates eius poſſunt vtroque modo prædicari de ipſo. Quia vero humana natura prædicatur in concreto tantum. Ideo naturæ humanæ proprietates in concreto tantum prædicantur. Nec differt vtrum prædicatio fiat de ſuppoſito ſecundum nomen, quod ſignificat Diuinam naturam tantum, vt Verbum; vel humanam tantum, vt Ieſus, vel vtranque ſicut Chriſtus; quia per omnia ſupponitur idem ſuppoſitum: hæc Thomas: Et eodem tertio.diſt.10.quæſt.1. artic.1.dubio p.in Reſp. ad 2. Argu. dicit ſic: Hoc nomen Chriſtus ſignificat perſonam in duabus naturis, Vnde non conuenit ei per gratiam quod ſit Deus ſed ab æterno; ſed quod ſit ſimul Deus, & homo, hoc eſt per gratiam vnionis. hæc Thomas. Et quia Chriſtus per ſuam paſſionem exaltatus eſt, & meruit nomen, qđ eſt ſuper oẽ nomẽ, in quo omne genu flectitur, vt dicitur Phili.2. Ideo ſanctus Thomas 3.ſent.diſt.18. quæſt. 1. artic.4.dubio 3. in Reſp. principali, dicit ſic. Exaltatio Chriſti in tribus conſiſtit, ſcilicet in noticia cordis, ſecundum quod dicitur, nomen ſuper omne nomen accepiſſe, quia nomen de re noticiam facit; Item in reuerentia corporis, quantum ad genuflexionem. Item in confeſſione oris,& hoc eſt quod dicit Apoſtolus. Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Nomen autem ſuper omne nomen eſſe dicitur vel quantum ad id à quo imponitur,& ſic eſt hoc nomen Ieſus, vel Chriſtus, quia vtrũque imponitur ex vnione humanæ naturæ ad Diuinam, & ſecundum hoc, vnctus dicitur, quia Deo eſt vnitus, & ſecundum hoc etiã ſaluos à peccatis poteſt facere, vel quantum ad id cui imponitur,& ſic, hoc nomen Deus eſt ſuper omne nomen, quia imponitur ſibi ſecundum Diuinam naturam. hæc Thomas. Et 3.par.quæſt.49. artic. 6. in Reſp. principali dicit ſic. Chriſtus quantum ad confuſionem & opprobria, quæ ſuſtinuit in paſſione, meruit exaltationem quantum

Chriſtus ſignificat perſonã in duabus naturis, nec conuenit ei per gratiã quod ſit Deus, ſed ab æterno. Chriſt᷒, quod ſit Deus & hõ ſimul hoc eſt per gratiam vnionis.

tum ad conſeſſum paternæ dexteræ,& manifeſtationem Diuinitatis ipſius,ſecundũ illud Iſaiæ 53. exaltabitur,& eleuabitur,& ſublimis erit valde, ſicut obſtupuerunt ſuper eum multi: ſic inglorius erit inter homines aſpectus eius Et Philip. 2. Factus eſt obediēs vſq; ad mortem,&c. vſque dedit illi nomen.quod eſt ſuper omne nomē, vt ſcilicet ab omnibus nominetur Deus, & omnes ſibi reuerentiã exhibeant ſicut Deo, & hoc eſt quod ſubditur, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cęleſtium, terreſtrium, & infernorum. hæc Thomas. Et ſic patet, quod hoc nomen Ieſus quantum ad id à quo trahitur nomen ad ſignificandum quod eſt natura humana non debet adorari latria,ſed Yperdulia: quantum vero ad id cui imponitur debet adorari Latria. Sicut ſuppoſitum Diuinum quod eſt Verbum Dei. Vnde S. Thomas 3.par.quæſt.37.artic.2. in Reſp. principali dicit ſic. Nomina quæ imponuntur diuinitus aliquibus ſignificant ſemper aliquod gratuitum donum eis diuinitus datum. Sicut Geneſeorum 17. dicitur. Dictum eſt Abrahæ Appelaberis Abrahã; quia patrem multarum gentium conſtitui te,& Matth. 16. Dictum eſt Petro. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram edificabo Eccleſiam meam. Quia ergo homini Chriſto hoc munus gratię collatum erat, vt per ipſum omnes ſaluarentur. Ideo conuenienter vocatum eſt nomen eius Ieſus,id eſt Saluator. Secundum rationem vniuerſalis ſalutis,& quantum ad cauſam, quæ eſt vnio Diuinę naturæ in perſona Filij Dei,& quantum ad terminum à quo nos ſaluauit, quia à poteſtate Diaboli,& quantum ad terminum ad quem, noſtræ ſalutis,inquantum ſcilicet admirabili Diuinitatis conſilio,& virtutē ad hereditatem futuri ſeculi perducimur. hæc Thomas.

Hoc nomen Ieſus debet adorari Yperdulia, & latria.

Nomina quæ imponuntur diuinitus aliquibus ſemper ſignificãt aliquod donum gratuitũ eis diuinitus datum.

Quantum ad ſextam dubitationem. Reſpondit ſanctus Thomas quodl.6.quæſt.5.artic.1. dicens ſic. Hic inducuntur duæ quæſtiones. Vna principalis,& altera acceſſoria ſcilicet. an Beata Virgo fuerit concepta cum originali peccato. Quod oportet primo videre. Eſt igitur ſciendum; quod vnuſquiſque peccatum originale contrahit ex hoc quod fuit in Adam, ſecundum ſeminalem rationem, vt Auguſtinus dicit ſuper geneſim ad litteram. omnes autem illi in Adam fuerunt: ſecundum ſeminalem rationem, qui non ſolum ab eo carnem acceperunt: ſed etiam ſecundum naturalem modum originis ab eo ſunt propagati. Sic autem proceſſit ab Adam Beata Virgo, quia nata fuit per commixtionem ſexuum, ſicut & cæteri. Et ideo concepta fuit cum originali peccato, & includitur in vniuerſitate illorum de quibus dicit Apoſtolus Romanorum 6. omnes in Adam peccauerunt, a qua vniuerſitate ſolus Chriſtus excipitur qui in Adam non fuit ſecundum ſeminalem rationem. Alioquin ſi hoc alteri conueniret

ueniret quam Chriſto, non indigeret Chriſti redemptione. Et ideo non tantum debemus dare matri; quod ſubtrahatur aliquid honori filij, qui eſt ſaluator omniũ hominum, vt dicit Apoſtolus 1. Thim. 4. Quamuis autem Beata Virgo in originali concepta fuerit: creditur tamen in vtero fuiſſe ſanctificata antequam nata. Et ideo circa celebrationem conceptionis eius diuerſa conſuetudo Eccleſiarum inoleuit.

Nam Romana Eccleſia, & plurime alie conſciderantes conceptionem eiuſdem Virginis in originali peccato fuiſſe, Feſtum conceptionis non celebrabant.

Alique vero conſciderantes ſanctificationem eius in vtero: cuius tempus ignoratur, celebrant ſanctificationem. Creditur enim quod cito poſt conceptionem, & animæ infuſionem ſanctificata fuerit. Vnde iſta celebritas non eſt referenda ad conceptionem ratione conceptionis; ſed potius ratione ſanctificationis. Sic igitur, non eſt ideo celebranda conceptio prædicta; quia fuerit ſine peccato originali concepta: Non enim per hoc tollitur quin fuerit ſpetialiter cęteris præparata; eo quod in ipſa ſanctificatione copioſius munus gratiæ accepit, nõ ſolum vt purgaretur a peccato originali, ſed vt tota eius vita redderetur immunis ab omni peccato tam mortali quam venia li, vt dicit Anſelmus. hæc Thomas. Sed contra iſtam determinationem videtur eſſe ſanctus Thomas; qui primo ſent. diſt. 44. q. 1. arti. 3. in Reſp. ad 3. arg. dicit ſic. Puritas intẽditur per receſſum a contra rio; & ideo poteſt aliquid creatum inueniri, quo nihil purius eſſe poteſt in rebus creatis: ſi nulla contagione peccati inquinatum ſit, & talis fuit puritas Beatæ Virginis, quæ a peccato originali, & actuali immunis fuit. Fuit tamen ſub Deo inquantum erat in ea potentia ad peccandum. Sed bonitas intenditur per acceſſum ad terminum, quod in infinitum diſtat ſcilicet ſummum bonum: Vnde quolibet finito bono poteſt aliquid melius fieri. hæc Thomas. Ad hoc reſpondit idem ſanctus Thom. Primo ſent. diſt. 17. quæſt. 2. artic. 4. in Reſp. ad 4. argum. vbi ſic dicit. Differt puritatis augmentum, & charitatis. Augmentum enim puritatis eſt per receſſum a contrario, & quia in Beata Virgine fuit depuratio ab omni peccato: Ideo peruenit ad ſummum puritatis ſub Deo tamen, in quo non eſt aliqua potentia deficiendi, quæ eſt in qualibet creatura quantum in ſe eſt; Charitatis autem augmẽtum eſt per acceſſum ad Diuinam bonitatem; & ideo non habuit Beata Virgo ſummam charitatem, qua maior non poſſit intelligi: quia etiam profecit in charitate, & gratia. hęc Thomas. Hæc autem puritas attenditur ſecundum quod creatura rationalis ſanctificatur a Deo. de qua ſanctitate Sanctus Thomas eodem primo

Nota quod qñ author ſcripſit Romana Eccleſia, & plurime alie, feſtũ conceptionis non celebrabãt modo vero diuerſe eccleſiæ feſtũ conceptionis celebrant.

Alique vero non.

mo ſent.d.15.q.5.art.1.in Reſp.ad primum arg. dicit ſic. Sanctificari tripliciter dicitur. Vno modo ſecundum quod ſanctum, dicitur mundum: pro vt ſanctificatio dicitur emundatio a peccato per gratiam. Alio modo ſecundum quod ſanctum dicitur firmum, & ſic dicitur ſanctificatio confirmatio in bono per donum gratiæ vel gloriæ. Et iſtis duobus modis eſt tantum in rationali creatura. Tertio modo dicitur ſanctificatio. Secundum quod aliquid accommodatur ad vſum Diuini cultus: quem decet omnis mundicia, & hoc modo dicuntur templum, & vaſa ſanctificari, hęc Thomas, Primis duobus modis adhuc ſanctificari dicitur multipliciter. Vnde S. Thomas Eodem primo ſententiarum eadem diſtinctione, eodem articulo, dubio 4. in Reſpon. ad 2. argum. dicit ſic. Sanctificare, eſt ſanctum facere. Sanctum autem facere contingit dupliciter, vel ex non ſancto, vel ex ſancto; ex non ſancto dupliciter, vel priuatiue, vel negatiue. Priuatiue ideſt, quod primum fuerit natum habere ſanctitatem, nō habens, & ſic non conuenit Chriſto ſanctificari. Negatiue autē conuenit Chriſto; ex non ſancto fieri ſanctum ſecundum humanam naturam; quæ priuſquam eſſet, ſancta non erat: Ex ſancto autem fieri ſanctum eſt dupliciter, vel ex minus ſancto facere magis ſanctum, & talis ratio ſanctificationis Chriſto non competit, vel ſecundum continuationem ſanctitatis, vt ſanctificari ſit in ſanctitate cōtinuari; ſed hoc proprie non dicitur, & talis ſanctificatio Chriſto conuenit ſecundum quod ipſe dicit Ioannis 17. Ego pro eis ſanctifico meipſum. hæc Thomas conſtat autem quod Beata Virgo fuit ſanctificata quia mundata, & quia confirmata. Vnde ſanctus Thomas 3. par. quæſt. 27. art. 5. in Reſpon. ad 2. argum. dicit ſic. In rebus naturalibus, primo quidem eſt perfectio diſpoſitionis: puta cum materia eſt perfecte ad formam diſpoſita: Secundo autem eſt perfectio formæ quæ eſt potior. Nam & ipſe calor perfectior eſt, qui prouenit ex forma ignis, quam ille qui ad formam ignis diſponebat. Tertio autem eſt perfectio finis, ſicut cū ignis habet perfectiſſime ſuas proprias qualitates, cum ad locum ſuum peruenerit; Et ſimiliter in Beata Virgine fuit triplex perfectio gratiæ. Prima quidem quaſi diſpoſitiua per quam reddebatur idonea ad hoc quod eſſet Mater Chriſti, & hæc fuit perfectio ſanctificationis. Secunda autem perfectio gratiæ fuit in Beata Virgine ex præſentia Filij Dei in eius vtero. Tertia autem eſt perfectio finis quam habet in gloria. Quod autem ſecunda perfectio ſit potior quam prima; & tertia quam ſecunda, patet. Vno modo quidem per liberationem à malo: Nam primo in ſua ſanctificatione fuit liberata a culpa originali: Secundo in conceptione Filij Dei fuit totaliter mundata à fomite. Tertio vero in ſui glo-

Chriſto, negatiue conuenit, ex non ſancto fieri ſanctum ſecundum humanam naturam.

Beata virgo fuit ſanctificata, quia mūdata, & quia confirmata.

In Beata Virgine fuit triplex perfectio gratiæ.

Diſpoſitiua formalis, & finalis.

ſui glorificatione fuit liberata etiam ab omni miſeria. Alio modo per ordinem ad bonum. Nam primo in ſui ſanctificatione adepta eſt gratiam inclinantem eam ad bonum. In conceptione autem filij Dei confirmata eſt ei gratia, confirmans eam in bono. In ſui vero glorificatione conſumata eſt ei gratia perficiens eam in fruitione omnis boni. hæc Thomas. De gradibus autem puritatis loquitur Sanctus Thomas in libro quem fecit de homine; ſed reſponſio Sancti Thomæ in primo ſententiarum ſuperius allegata: intelligitur de prima ſanctificatione eius in vtero, per quam ab originali peccato fuit mundata, pro vt Sanctus Thomas 3. p. quæ. 27. art. 2. in Reſp. ad 2. arg. declarat dicens ſic. Si nunquam anima Beatę Virginis fuiſſet contagio peccati originalis inquinata, hoc derogaret dignitati Chriſti, qui eſt vniuerſalis omnium ſaluator, & ideo ſub Chriſto qui ſaluari nō indiguit tanquā vniuerſalis ſaluator. maxima fuit Beatæ Virginis puritas. Nam Chriſtus nullo modo contraxit originale peccatum; ſed in ipſa ſui conceptione fuit ſanctus. ſecundum illud lucæ p. Quod enim ex te naſcetur ſanctum vocabitur Filius Dei. Sed Beata Virgo contraxit quidem originale peccatum: ſed ab eo fuit mundata antequam ex vtero naſceretur, & hoc ſignificatur Iob. 3. Vbi de nocte originalis peccati dicitur. Expectet lucem, id eſt, Chriſtum, & non videat, quia nihil inquinatum incurrit in illam vt ſapientiæ 7. dicitur. Nec ortum ſurgentis auroræ, id eſt, Beatæ Virginis, quæ in ſuo ortu a peccato originali fuit immunis. hæc Thomas: & ita patet quod reſponſio Sancti Thomæ ſuperius allegata de primo ſententiarum intelligitur de ortu Beatæ Virginis in prima eius ſanctificatione, de hoc alibi ſpecialiter, & plenius dixi.

Anima Beatæ Virginis, ſi nūquam peccato originali coinquinata fuiſſet, derogaret dignitati Chriſti.

Chriſtus nullo modo contraxit originale peccatum.

Beata Virgo contraxit originale peccatum, ſed ab eo fuit mundata antequam ex vtero naſceretur.

Quantum ad ſeptimam dubitationem: Reſpondeo ſicut in ſermonibus Aureis de ſanctis prolixius dixi. Sāctus Thomas fuit huius ſententiæ; quod Beata Maria Magdalena peccauit non ſolum mente, ſed etiam corpore: ſed merito ſuæ penitentiæ promeruit a Chriſto integritatem corporis: quod alteri nemini adhuc legi eſſe donatum. Vide hæc omnia ibidem. Ipſa enim ſola præuenit vngere corpus Ieſu in ſepulturam: cuius ſanguine a peccatis omnibus mundata, meruit gloriam regni cęleſtis. Quam nobis concedat Ieſus Chriſtus: qui ſanguinem ſuum pro nobis in ara crucis effudit; inſpirante Patre, & ſpiritu Sancto cum quo viuit, & regnat in ſempiterna ſecula Amen.

Beata Maria Magdalena peccauit, & mente, & corpore.

Maria Magdalena propter ſuam penitētiam meruit a Chriſto integritatem ſui corporis.

Beata Maria Magdalena ſola præuenit vngere corpus Ieſu.

Epilogus

Diſceptatio maxima exorta inter fideles, propter vnam nouiſſimã dubietatem.

SVperioribus temporibus diſceptatio non mediocris emerſit; quę complures Italiæ vrbes vehementer pertulit; vt etiam ſedes Apoſtolica graui relatu cõmmota fuerit. Fidelium mentes nimia ſollicitudine agitabantur: Quid nam penſi ac certi pia deuotione crederent: ſibi ipſis timentes, ne aut vane, & fruſtra in credendo laboraſſent. Quippe alma mater Eccleſia: quę multo ſanguine ſanctorum fundata fuerat, vigilijs plurimis, in ſubruendis erroribus Diuinis monimentis deſudauerat; quo nam ſpiritu inſtigante noua quadam, & inſolita dubietate nouiſſimo exorta, ſeſe continuit, nec diffinire quippiam ſanxit; quouſq; accerſitis huiuſce nouitatis anthoribus plenius rem ipſam intelligeret. Inuentum eſt itaq; circa pretioſum ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti in triduo ſanctiſſimæ paſſionis eius effuſum. Religioſos quoſdam viros dogmatizaſſe pro tunc Diuinitatem non fuiſſe illi vnitam. Alijs oppoſitum huius aſſerentibus, & quod grauius ferendum eſt, hęreticos ſe interpellaſſe: Quam rem ſacro ſancta ſedes Apoſtolica ad tempus aptius examinandam ſuſpendit. Interea ſtatuta die conuenientibus ſacræ ſcripturæ profeſſoribus, auditis vtriuſq; partis validiſſimis rationibus. Sãctiſſimus Dominus noſter Pius ſecundus ſcilentium indixit, ne quiſpiam ſuper huius varietate, & concertatione verbum ullum in condemnationem faceret. At vero uos primarij noſtræ huius Vrbis Vtinenſis nobiles, & ciues, tanquam veritatis cupidiſſimi amatores feruentes Zelo catholicæ fidei me conciuem veſtrum; qui vt ſperabatis, non patior animos veſtros, in eis quæ ſalutem veſtram obtinent fluctuare adijſtis. Vt ea quæ Sanctus Thomas de Aquino ſuper hoc ſenſerit, vigilanti ſtudio apertiora, & planiora vobis facerem. Mihi autem ſepius cogitanti, & animo reuoluenti; an uotis veſtris annuerem, ſtatui non diffiniendo, ſed occluſa rei huius myſteria peruestigando, quid ſacramenti pretioſus hic ſanguis contineat reſerare, quo doctiores: vt arbitrabimini, vos redderem. Sumpta igitur fiducia ab ipſo Domino meo Ieſu Chriſto; cuius pretioſo ſanguine vna uobiſcum redemptus ſum, in illo ſancto triduo, non proferendam; ſed eius doctrinæ; quam expoſcitis ſententiam reſſerendam dignum duxi. Veſtra itaq; fuerit ardua queq; ac difficilia in hoc opuſculo edita: non velut territi fugere, aut contemnere: ſed impetus veſtros refrenare, & quæ veſtre deuotioni ac fidei accomoda videritis, cum gratiarum actionibus immortali Deo reddendis acceptare. Exegi nanque hactenus;

Pius ſecundus ſcilentiũ impoſuit de hac dubietate.

quod in præſentiarum dignitatibus veſtris offerendum iure cenſui. Valete in Ieſu Chriſto.

De ſacratiſſimo ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti in triduo mortis eius effuſo: Inueſtigatorium veritatis. Per fratrem Leonardum Matthæi de Vtino ſacræ Theologie doctorem, ordinis prædicatorum: (ad inſtantiam præclariſſimæ communitatis Vtinenſis compilatum) feliciter finit.

FINIS.

Errata cartarum ſic corrigito.

Pagina Linea.

a.42. formata. de ſubſtantia. 6. 41. yppoſtaſes. 7. 34. remouetur. 8. 17. vero de piu 8.42. prædicamentis. 9. 16. natiuitati 14.7.2. quæſtione 18.19. circunciſo. 24.19. ſicut, 25.21. Domus, 31.5. in de piu 39.16. ad corpus, 41.42. de de piu 61.11. ſenſibili. 80. 37. humana. 81.13. eſt 97.29. proteſtantur 101. cōſequūtur. 103. 10. celebrāt. 30. finito.

Errata poſtillarum ſic corrigito.

Pagina Poſtilla.

1.4. ſanguis. 10.2. eſt. 12.5. Vnio. 15.1. actualis, acquiritur, cōcluſionū. 32.5. remanebit. 32.2. completiue, 25.4 corruptionem. 29.1. rediſſe. 33.2. ſed Dei caro, 41.5. de de piu 44.4. completur, 49.5. ordinat. 51.1. veritatem. 62.2. originali. 62.6. corpulentam. 68.3. octaua. 51.5. veritatem. 56.2. id 57.4. altari. 62.6. rationem. 84.2. ſcilentium. 94.4. ſtatum. 97.2. corpore.

Deus
Præſcientia
Myſterium redemptionis.

Status
(Innocentiæ — Incarnatio — Gloriæ conſumatio
(Culpæ — Paſſio — In cęlum aſcenſio
(Legis ſcriptæ — Sanguinis effuſio — Ianuæ cæleſtis apertio
(Legis gratiæ — Sacramentorum inſtitutio — Hominis ſanctificatio.

Fides.

Sanguis Ieſu Chriſti { Naturalis / Nutrimentalis / Miraculoſus } redijt / remanſit

---

Hoſtia eleuata in altari
Adoranda.

(Fide ſimpliciter
(Sine conditione) Verum corpus Chriſti
(Humana extimatione
(Cum conditione) Species ſacramentales.

Sacra communio
Ebdomada ſancta — Ebdomada Paſchæ
obſeruatio canonis

Adoratur.

Latria
(Deus — Natura Diuina
(Chriſtus — Vnio vtriuſque naturæ) Latria
(Ieſus — Natura humana
(Perſona Verbi — (Anima Chriſti — Yperdulia.
(Corpus Chriſti
Vt creaturæ ſunt.

Feſtum

Non celebrandum
Conceptio
Sexuum commixtio) Beatæ Virginis. (Sanctificatio / (Ex non ſancto ſanctum
Eſſe naturæ
Peccati contractio) (Eſſe gratiæ / (Puritas.
Celebrandum

Magdalenæ

Peccatum
(Mentis — (Mentis
(Amiſſio innocentiæ — (Recuperatio innocentiæ
(Corporis — (Corporis — Penitentia.
(Amiſſio virginitatis — (Recuperatio virginitatis

Iſte ſeptem arbores deſeruiunt vltimo capitulo præcedentis traſtatus vbi ſunt dubitationes difficiles.

ANT 1710613

Digitized by Google

3150

C 4.